

ord. iudicium verò delegatum est, quod ventilatur coram iudice delegato: de quo loquitur totus titulus extra, de officio delegati. & ff. de officio eius cui mandat. est iurisdictio. per totum. ¶ Quis autem dicitur iudex ordinarius, & quis delegatus, & quomodo cognoscatur vnus ab alio, & in quibus differat ordinarius à delegato: quia ista est materia utilis & quotidiana, quæ quotidie versatur i iudiciis, ideo decreui hic eam plenè declarare, cum hic oportune congruat. ¶ Iudex ergo ordinarius, dicitur ille, q. est creatus à principe, papa, imperatore, vel rege: vel ab alio superiore habente potestatem cōcedendi ordinariam iurisdictionem: vt præfuit vniuersali iurisdictioni alie cuius ciuitatis, vel provincie: eo enim ipso quod alicui committitur vniuersitas negotiorum per habentem potestatem, censetur creatus ordinarius, nisi expresse dicatur in cōmissione, quod delegat sibi causas, vel quod facit eum delegatum: nam tunc esset delegatus ad vniuersitatem causarum. ita declarat Alex. in l. preter. ff. de iurisd. omn. iudi. de mente Bar. in l. more. eo. tit. & sic habet bonam doctrinam cognoscendi ordinariū à delegato ad vniuersitatem causarum. potest tamen creari ordinarius non solum cum territorio, verum etiā sine territorio: vt declarat Fel. i. c. post cōsensionem. in prin. de prob. & est tex. cum gl. & ibi Gem. in

c. ordinarij. de officio ordi. lib. vi. ¶ Scias tamē, q. omnis iurisdictionis plenaria est radicata in principe, & in eo est originaliter: vt probatur in l. j. ff. de cōst. prin. & no. Bar. in l. j. col. fi. ff. de iurisd. omnium iud. & ad solum principem spectat conferre ordinariā iurisdictionem, & creare iudices ordinarios. text. est & ibi glo. & Bal. in c. j. indices de pace iura. firman. in vñbus seu. & in l. j. ff. ad legē lul. de ambir. & gl. in c. ij. ne praela. vices suas. ita vt omnes dignitates & omnia officia & gradus ab ipso principe proficiant, sicut riui à suo fonte. ita dicit Ang. in rub. ff. de iurisd. omn. iudi. & Bal. in c. j. in princ. quis dica. dux. co. vel mar. vnde plures gradus iudicium ordinariorum reperiuntur. Quidam enim dicitur super illustres, quidam illustres, quidam spectabiles, quidam clarissimi, & quidam infimi: quos gradus ponit glossa. & ibi Alex. & Moder. in l. j. ff. de officio eius, cui mand. est iurisd. & Specul. in tit. de iurisd. omn. iudi. col. j. & ij. ¶ Delegatus verò, is dicitur, cui à principe vel ab ordinario, vel à delegato principis causa committitur, vices gerens delegantis, & proprium nihil habens. l. j. §. qui mandata. ff. de officio eius, cui mand. est iurisd. ita declarat Alex. in rub. illius tit. col. iij. in fi. & Specul. in titu. de iudi. delega. §. j. Delegatus enim dicitur habere solum vsum iurisdictionis delegantis,

gantis, & nihil habet propriū, quo ad iurisdictionem: vt d. §. qui mandatum. & l. & si prator. ff. de officio eius, cui manda. est iurisd. ¶ Quomodo autē cognoscatur, an aliquis sit creatus ordinarius, vel delegatus vltra ea, quæ dicit Alex. in d. l. preter. ff. de iurisd. omn. iud. ponit Barto. in l. more. col. ij. vers. iuxta hoc & c. eod. titu. & Ab. & cōmuniter doctores in c. licet de officio ordi. videlicet, quando in commissione diceretur, procedas auctoritate nostra: vel delego, vel committo tibi talem causam: vel quando additur cōmissione aliqua clausula, quæ non spectat ad ordinariam iurisdictionem: vt si dicatur, procedas appellatione remota, vel alia simili clausula vtatur, tūc enim semper præsumitur delegatus, secundum Abbatem. in d. cap. licet. columna secunda. Si verò hoc non apparet ex circumstantiis, & tunc si vniuersitas causarum conceditur præsumitur ordinarius. l. j. §. cum vrbem. ff. de officio. prefec. vr. Si verò vna causa vel plures distinctæ & separatæ concedantur, præsumitur delegatus. secundum Bar. in d. l. more. C. col. ij. vers. iuxta hoc, & c. & ibi etiā Alex. in iij. col. in fi. & Bar. in l. j. §. si ff. de optio. lega. & Bar. in l. ambrosia. co. si. ff. de decre. ab ordi. faci. ¶ An autem locū tenens, seu substitutus alicuius officialis, dicatur ordinarius vel delegatus, hæc est pul

chra q. & valde difficilis, & multis quæstiones quotidiane possunt ex ea decidi, maxime, propter multas differentias, quæ sunt inter ordinariū & delegatum. vnde p. pleniori discussione huius quæstionis subiungo tres alias q. Prima erit, quis dicatur substitutus, seu vicarius, vel locum tenens. Secunda, an talis substitutus sit ordinarius vel delegatus. Tertia, vtrum inferior à principe, possit sibi cōstituere vicariū seu locum tenentem. ¶ Venio ad primā q. super qua dic quod tres reperiuntur species vicariorum seu locutenentium. Primo modo dicitur vicarius is, qui cōstituitur ipso iure à lege sine facto hominis: prout est archidiaconus, q. absente episcopo, dicit vicarius episcopi, ipso iure. c. j. de officio archi. Secundo modo, dicitur vicarius seu vicegerens is, qui constituitur ab eodem superiore, à quo fuit constitutus ille ordinarius, i cuius locū subrogatur, & de hoc loquitur text. in l. ij. C. de officio eius, qui vi. aliter. & l. j. §. à præfeto. ff. de leg. iij. Tertio modo dicitur vicarius is, qui substituitur ab aliquo in locum suū ipsius substituentis, & de hoc loquitur text. in l. aliquando. ff. de officio proconsul. & in authen. de col. §. ad hoc p. hibe. mus. & in auth. vt nulli iudi. in prin. & Bar. in l. obseruare. ff. de officio proconsul. & hæc colliguntur de mēte Alex. in rub. ff. de officio eius, cui man. est iurisd. h 4 Quom

8 ¶ Quomodo autem cognoscatur vicarius à delegato: declarat Bar. in l. j. §. j. in fi. ff. q. s. & à quo app. vbi dicit, q. si vicarius sedet in eodem tribunali, in quo sedebat constitutus, cefitur vicarius. si verò sedet in alio loco, dicitur delegatus. Ex quo inferit ipse, q. si ordinarius scribat alicui, q. sit suus vicarius in tali causa, vel in tali loco particulari, & distincto: talis nō erit vicarius, sed delegatus: vt habetur in c. romana de ap. li. vj. vnde à tali subito appellatur ad substitutē: vt ibi habetur. ¶ Secunda quaestio est, an talis substitutus dicatur ordinarius vel delegatus: super qua vera conclusio est, q. in primis duabus speciebus vicegerentiū, scilicet, quādo quis constituitur à lege vel à superiore, dicitur ordinari, ex quo lex, & talis superior poterat dare ordinariam iurisdictionē. & hoc nō habet dubiū, per allegata per Ale. in d. rubr. ff. de offic. eius. In tertia verò specie, scilicet quando constituitur ab aliquo officiali in locū suūpius, in hoc constituit omne dubiū, vnde pro habenda veritate distingue, aut talis vicarius substituitur ab ipso principe in locū suūpius, puta est vice rex, vel legatus de latere, & sine dubio talis vicarius habet ordinariam iurisdictionē. text. est in c. tua. & ibi per doctō. de offic. vicar. Ponderando ibi illud verbum, iurisdicō. quæ in dubio intelligitur de ordinaria, secū-

dum Abb. ibi. & dīcam infra in differētiis. nam princeps potest dare ordinariā iurisdictionem: vt supra dixi. & probatur in l. j. §. cū vrbem. ff. de offic. præfector. ¶ Ex quo infero, q. hodie in regno idem esset dicendum de istis substitutis ducum, comitum, & marchionum. quos in regno appellamus vice duces, vice comites, & c. nam isti habent ordinariam iurisdictionē: quia ex forma privilegiorū omnes barones regni habent merum, & mixtum imperiū sibi concessum à rege cum potestate creādi capitaneos ad iusticiam & ordinarios iudices, secundum And. de yser. in consi. in locis demanij. la prima. & isti qui habēt privilegiū, dicuntur exercere iurisdictionem de licētia principis: vt not. Andr. de yser. in consi. ea, quæ & maxime in prædictis dignitatibus, quæ appellantur regales, secundum Bal. & communiter doct. in c. j. de feu. marc. & Alex. in cōf. xxv. col. iij. in v. vol. ¶ & dicit Marth. de affi. in decisio. lxxvij. consi. Neapo. quōd ratione territorij omnes barones habent iurisdictionem in baronia sua. ¶ Si verò talis substitutus creatur ab inferiore à principe, qui tamen non sit dux, comes, vel marchio, vel baro, habens merum imperiū ex privilegio, vt supra, puta quia sumus in capitaneo seu rectore ciuitatis, vel præfide, qui vult substituere aliquē in locum suūpius, in

in hoc est differētia inter ius civile, & canonicū: quia vicarius episcopi habet ordinariam iurisdictionem: vt not. Ab. in d. c. tua. de offi. vica. & glo. in d. c. romana, de appella. lib. vj. & habetur in c. ij. de offi. vica. lib. vj. quæ lex dat sibi iurisdictionem ordinariam, secundū Ale. in d. rubr. ff. de offic. eius. col. iij. circa fin. sed vicarius rectoris ciuitatis vel præfidis. nō habet ordinariam: quia nec lex ei dat, nec ipse dare potest, ex quo talem auctoritatem non habet: imò prohibetur à lege: per d. §. ad hoc prohibemus. in auth. de colla. ¶ Confirmatur id, quod dicimus de vicario episcopi, quōd sit ordinarius: quia episcopus æquiparatur duci, comiti, vel baroni, secundū Bar. in l. quinta. in prin. & ibi etiam Alex. ff. de verbo. oblig. vnde sicut substitutus comitis, vel baronis, dicitur ordinarius, vt modò dixi: ita & substitutus episcopi: quia ex cōmuni forma bullarū, eādem habet potestatem episcopus in diocesi à papa sibi cōcessam, quam habet baro in baronia, & probatur in c. cum episcopus. de offic. 14 vica. li. vj. ¶ Limita tamē istud, quod dicitur de vicario episcopi, procedere in vicario generalis: quæ ille dicitur ordinarius, secus in vicario speciali dato in vna terra diocesis: vel in certa parte caufarum tantum, qui dicitur vicarius foraneus vel ruralis: quia ille est delegatus, non

ordinarius. glof. est notabilis in clemen. ij. in versio foraneo. de rescript. & tenet Gemi. in cap. j. in ij. quæst. de offic. ordin. lib. vj. & Fely. in rub. de offic. deleg. col. fin. & Alexand. in rub. ff. de offic. eius. col. penul. in princ. & Ange. in l. præcipimus. C. de app. vnde tunc à tali vicario foraneo appellaretur ad episcopū, vel ad vicarium generalem: vt habetur in d. c. romana. & ibi Gemin. de app. li. vj. & not. Calder. in consi. ij. in titu. de app. licet secus sit in vicario generali: quia ab eo non appellatur ad episcopum, ex quo est idē tribunal. vt d. cap. romana. & not. Barto. in l. j. §. j. ff. quis & à quo app. & ad prædicta vide etiam Cardin. in d. clem. ij. in xxiiij. q. de rescript. ¶ Secundo notabiliter limitata procedere in his, quæ de iure communi & generali cōceduntur vicario episcopi: quia illis tantum est ordinarius, puta in causis ciuilibus. nam causas criminales non potest de iure exercere episcopi vicarius, nisi specialiter sibi committantur per episcopum: vt est text. in cap. ij. de offi. vica. lib. vj. Itē minime potest cōferre beneficia, nisi specialiter sibi concedatur potestas conferendi per episcopum. cap. fin. de offi. vica. lib. vj. & Abb. in c. tua. de offic. vica. vnde sequitur, quod si ista, quæ non veniunt in generali concessione, concedantur specialiter vicario per episcopū in istis erit delegatus, h s gatus,

gatus, non ordinarius, & appellabitur tūc ab eo ad episcopum delegantem, ita tener Felyn. in cap. licet col. j. de offic. ord. & in rub. de offic. deleg. col. fin. quod nota perpetuo propter differentias, quæ sunt inter ordinarium & delegatū. ¶ * Circa vicarium rectoris secularis vel presidis, vera conclusio est de iure civili, quod nō est ordinarius, sed delegatus, ita concludit Alexan. in d. rubr. ff. de offic. eius. Ego tamen considero & intelligo hoc dictum Alex. procedere quando officialis veller facere sibi vicarium in casu à iure prohibito, prout est regulariter: vt dicam infra in sequē. dubio, secus si faceret in casu permissio, prout est in casu necessitatis, puta causa infirmitatis, vel iuste absentie, nam omnes doct. concludunt, quod tunc potest facere vicarium, secundum Barto. in l. obsequiare. ff. de offic. proconsul. & Bald. in cap. si quis decesserit. si de feud. sue. contro. & probatur in d. s. ad hoc prohibemus. in authen. de colla. vbi permittitur officiali antequam veniat in officium, destinare vicarium, & eodem modo postquam venit, si contingat eum abesse ex iussione principis: vt ibi dicitur in fin. & not. Bald. in l. aliquando. ff. de offic. proconsul. nam in isto casu puto, quod talis substitutus dicatur ordinarius: quia lex permittit eum substitui, videtur sibi dare ordinariam iurisdictionē, & ita reperio, quod in terminis tener Barto. in l. neque, cum. s. vbi decretum. in j. lect. colum. ij. versicu. oppo. & videtur, quod ista & c. ff. de offic. proconsul. vbi expresse dicit, quod substitutus ab eo, qui se absentat, vel in locum officialis mortui, dicitur ordinarius.

18 ¶ * Eodem modo, quando aliquis esset creatus ordinarius à principe cum potestate substituendi, puto quod substitutus ab eo, sit ordinarius: quia videtur creatus autoritate principis id concedentis. & ad hoc moueor per ea quæ not. Paris in tract. synd. in versic. substitutus. colum. iij. vbi querit, an substitutus ab eo, qui habebat potestatem substituendi in suo priuilegio, possit imponere poenam mortis, nam si non esset ordinarius, frustra dubitaretur de hoc, cum certum sit delegatum nō posse expedire ea, quæ sunt meri imperij. l. j. ff. de offi. eius. ¶ Præterea, istos duos casus ego confirmo ratione vrgentissima. nā lex expresse prohibet officiales facere sibi substitutos, nisi in casu necessitatis. vt d. s. ad hoc prohibemus. & in authen. nulli iudi. in princip. & tamen permittit cuilibet ordinario posse delegare causas delegabiles. l. more. ff. de iurisdic. om. iud. & hoc procedit, siue in casu necessitatis, siue non: vt probatur in d. l. j. ff. de offi. eius. vbi in casu necessitatis permittitur deleg

delegatio meri imperij: ergo in aliis causis delegabilibus nō consideratur casus necessitatis. Si ergo lex vetat facere substitutum, nisi incertis casibus, sequitur quod in illis casibus exceptuarius erit ordinarius: quia si esset delegatus, etiā in casibus nō exceptuatis potest esse delegatus sine aliqua prohibitione legis. Ad quid ergo lex induceret talem prohibitionē, nisi esset ordinarius? Et idē dicimus in potestate substituendi cōcessa: quia absque tali potestate potest quilibet ordinarius cōstituere sibi delegatū: vt d. l. more. ergo talis potestas operatur vt possit cōstituere ordinariū autoritate principis cōcedētis. ¶ Extra autē hos duos casus si ordinarius faceret vicegerentem, non dicitur ordinarius: sed potius delegatus ad vniuersitatē causarum: & ita procedat, quod dicit Alex. in d. rubr. ff. de offic. eius. & hoc expresse tenet Ias. in l. i. eadem. col. ij. ff. de offi. 19 allex. ¶ * Venio ad tertiam q. videlicet, vtrum inferior à principe, possit cōstituere sibi vicarium, & loquor de rectorē ciuitatis, vel de præside: quia iam de aliis dictum est. & breuiter concludo, quod non: & hoc regulariter: quia omni iure prohibetur. Primo enim prohibetur per ius cōmune, per d. s. ad hoc prohibemus & in authen. vt nulli iud. in princ. Secundo prohibetur in regno Siciliæ per multas cōstit. Et primo, per cōsti. quæ inci

pit, officia, quæ imponit poenā capitalē. Secundo, per cōstit. durā & diram, quæ imponit poenā publicationis bonorū cōtra facientes. Tercio, p capitulū regni, quod incipit, quia de vicariis, & c. vbi prohibet rex fieri vicarios sine eius licētia: & factos iuber de ciuitatibus expelli. & dicit Paris in tract. synd. i. ver. substitutus. co. si quod potestates terrarum non possunt facere substitutum, & ire ad solatium. Quod tamē limita, nisi in casu necessitatis: vt dixi in præcedēti dubio: quia leges nouæ distinguuntur per veteres. l. sed & posteriore. 20 ff. de legib. ¶ * Quam autē potestatem habeat vicarius seu locutenēs in casu, in quo de iure cōstitui potest, dic, quod si est cōstitutus à principe vel ab alio superiore, qui habet potestatem cōstituendi vicarium seu ordinariū, puta in locū ordinarij absentis vel mortui: & tūc vera & cōmunis conclusio est, quod potest facere omnia, quæ poterat ille ordinarius in cuius locū substituitur. ¶ Vnde potest expedire omnes causas meri & missi imperij: vsq; ad mortem & membri abscissionem inclusiue, ita inteligitur l. ij. C. de offi. eius. qui v. alie. ger. reprobata gloss. ibi quæ dicit, quod non potest imponere vltimum supplicium & membri abscissionem: quia hoc non est verum, nā imō potest dictas poenas imponere, secundum Barto. in l. j. s. hi quibus. ff. de legat. iij. &

ijj. & Bar. in l. j. col. fin. ff. de offi. eius. vbi i specie reprobatur. gl. in d. l. ij. & ibi etiā Alex. in xv. co. & Bal. in athen. sed nouo iure. C. de ser. fugi. ita etiam tenent Iac. de bel. & Bar. in d. s. ad hoc prohibemus. ¶ Si verò est constitutus ab inferiore in locum suis ipsius. puta à rectore ciuitatis: & tunc omnes causas expedire potest. præter vltimum supplicium. & membri abscissionē. ita propriè loquitur tex. in d. s. ad hoc prohibemus. & ibi Iac. de bel. & Bar. idē tenet Bal. in l. data opera. col. xij. C. qui accus. non poss. & Bal. in d. c. si qui decesserit. si de seu. sue. contro. & habetur in locis præalleg. & procedit etiā. si capitaneus habeat potestatem substituendi in priuilegio: vt tenet Paris i tracta. syndi. in d. ver. si substitutus. col. ij. ad prædicta adde Bal. in athen. & omnino. co. iij. versic. iuxta hoc queritur. C. ne vxo. pro mari. vbi dicit. q. vicarius potestatis. potest expedire omnes causas citra sanguinem. ¶ An autem possit vnus vicarius aliū vicariū sibi substituere? Dic quod non: vt est text. in c. clericos de offic. vica. & no. gl. in c. j. in versic. ipsius. de offic. vica. lib. vj. & Bal. in l. aliquando. ff. de offic. procu. & Fely. in c. C. perpetuus. col. j. de i. instr. quod procedit etiam in vicario pape. secundum Cardin. in cle. ij. in ij. questio. de rescri. ¶ Limita hoc. scilicet vt non possit facere vicarium perpetuū sibi similem: sed

ex causa. puta absentiē. potest ad modicum tempus facere vicarium. secundum glo. in cle. j. in versic. locum de regula. & Cardin. in cle. j. xj. xij. & xvij. q. de offi. vica. & Fely. in d. c. C. perpetuus. col. j. ¶ In quibus autem differat ordinarius à delegato. Ad hoc vt ista materia reducatur ad bonam vtilitatem. dico quod in multis differunt. Et primò. respectu creationis. quia iudex ordinarius constituitur à principe. papa. imperatore. vel rege. populo. lege. vel cōsuetudine. Delegatus verò ab omnibus prædictis. & à quolibet ordinario: vt no. gl. in l. & quia. ff. de iur. om. iudic. Itē à delegato principis. l. iudice. C. de iudi. Item à delegato ad vniuersitatē causarū. l. j. §. ab eo. & ibi Bartol. & doct. ff. quis. & à quo appel. ¶ Secūdo. differunt: quia ordinarius habet propriā iurisdictionē. & iure suo illā exequitur. I. more maiorū. ff. de iur. om. iudi. Delegatus verò habet iurisdictionē iure alieno. & nihil habet proprium: sed habet solum vltimum aliene iurisdictionis. scilicet delegantis. l. j. §. qui mandatum. & l. si prætor. ff. de offi. eius. & l. soler. ff. de iur. om. iud. & l. q. eo. ti. ¶ Tertio. differunt: quia ordinarius potest regulariter delegare. d. l. more maiorū. & l. cognitio. §. cum propria. ff. de offi. eius. & cum episcopus. de offi. ordi. lib. vj. De legato verò subdelegare nullo modo potest: vt d. l. more maio

rum.

rū. & l. iudice. C. de iudi. & l. i. ff. de offi. eius. etiam de consensu partium. secundum Bal. in c. cū Bertold. col. iij. vers. quero vtrū & c. in si. de re iud. & l. in d. l. iudice. col. ij. ¶ Fallit in delegato principis: quia potest subdelegare. vt d. l. iudice. & c. pastoralis. & c. venerabili. de off. deleg. & c. si duo. de offi. dele. lib. vj. & no. Abb. in c. si pro debilitate. de offi. dele. & est tex. in l. j. in si. C. qui pro sua iurisd. vbi Bal. in fi. not. dicit quod etiā causas meri imperij delegare potest. de cuius dicti veritate. vide Alex. in l. j. col. antepen. & pen. de offi. eius. vbi de hoc examinat plenū articulū. Multas alias fallēcias vide per Iaso. in d. l. iudice. vbi plenè ne attingit hanc materiā. ¶ Quar

27^o tō differunt. quia ab ordinario substituto nō appellatur ad substitutem eum vt quādo sumus in vicario vel alio locum tenente ordinario: quod quando fit. declarauī supra. & dixi etiā in scriptis meis super lectūra. ff. de offi. eius. Sed appellatur ad eum. ad quem appellaretur. si substitutus pronunciaisset. l. j. §. & ibi Bartol. ff. quis. & dixi etiā in scriptis. Barto. in l. præcipimus in princ. C. de appel. & text. in c. romana. & ibi glo. & docto. de appel. lib. vj. & in c. non putamus. de consuetu. lib. vj. sed à delegato appellatur ad delegatē: vt in locis præalleg. ¶ Quid autem. si appellaretur à subdelegato in casu. in quo causa subdelegari po-

test? an sit appellandum ad primum delegantem obmisso medio. vel ad medium subdelegantem? Dic. quod de iure ciuili à subdelegato principis potest appellari ad subdelegantem. l. j. in si. C. qui pro sua iurisd. & habetur per Bar. in d. l. j. §. ff. quis. & à quo appel. Sed de iure canonico debet appellari ad principē delegantem obmisso medio. c. si duo. de offi. delegat. lib. vj. fed in delegatis ab inferiore à principio. indistinctè appellatur ad primum delegantem: & potest poni exēplum in subdelegato à delegato ad vniuersitatē causarum: qui potest subdelegare. secundum Bartol. in d. l. j. §. j. quia quo ad hoc. æquiparatur ordinario. secundum Bald. in l. si vt proponis. la. j. C. quomodo. & quando iudi. & Bald. in l. fin. C. de iudic. & gloss. in capit. cum causam. de appellat. & tota ista est opin. Bartol. in d. l. j. §. j. qui facit duas differentias: vna inter ius canonicum & ciuile. vt supra retuli: & aliam inter delegatum à principe & ab inferiore. sed ista opinio Bart. communitur non tenetur: & veritas est. quod non debet fieri prædictæ differentia: sed solum si differentia. aut delegatus subdelegat totā causam. aut partē sibi referuat. Primo casu indistinctè tam de iure canonico. quā ciuili appellatur ad primū delegatē. text. est in c. super questionū. §. porro. & ibi gloss. & Abb. de offi.

cio.

cio delega. & in d.l.j. §. ff. quis
& à quo appella. Secundò casu,
appellatur ad subdelegatè in
loquatur d.l. in fin. c. qui pro
sua iurisdictione. & pbat. ibi
dum dicit causas iudicandas, &c.
vnde sola pronuntiatio videtur
delegata, & nò tota causa. itam
conclusionem tanquam verio-
rem, tener Philip. in c. dilecti. lo
tertio. col. iij. in princ. de appel.
& ibi etià Abb. in v. col. in prin.
& etiam Car. & còmuniter doc.
ibid. & in d. §. porro. & cum ista
opin. pertranseo contra Bartol.

28 ¶ Quintò differunt, quia delegatus non potest absolvere ab observatione iudicii, ante litem contestatam: nec facere p.ceptum diffinitiuu, secus in ordinario: ita tenet Bald. in l. si reus. in prima lectu. in fin. col. ff. de

29 procura. ¶ Sextò differunt, quia ordinarius dicitur habere iurisdictionem favorabilem: delegatus verò odiosam. gloss. est in c. j. in versu. procellus. prope finem. de referi. lib. vj. & Alexan. in l. j. colum. xv. ff. de offic. eius. & hoc potest esse vile ad multa, maximè per c. odia. de regu. iur. lib. vj. & hanc etiam differentiam ponit Alex. in l. j. ff. de dam. in

30 sect. ¶ Septimò differunt, quia quando sunt plures iudices ordinarii, potest vnus sine alio ab initio cognoscere, & sententiarè. l. j. ff. de offic. consu. & l. Pomponius. aliàs incipit, si vni. & ibi Bar. ff. de re iudic. Ratio est, quia quilibet habet officiu in solidu.

limperator. ff. ad municipi secus in delegatis: quia si vnus sine alio procedit, processus est nullus l. duo ex tribus. ff. de re iudi. & c. caufam. el primo. & c. cum causam. de offic. delega. adeò, quòd etià si est pro ferenda interlocutoria, non potest vnus sine alio eam proferre, secundum Abb. in d. c. causam. in iij. no. & Bar. in d. l. si vni. ¶ Quod fallit quando in còmissione esset appolita clausula, quòd non omnes, & c. vel alia similis. verum tunc debet requiri prius collega: aliàs sine requisitione & declaratione, quòd non possunt intervenire, nò possunt alij soli procedere. tex. est & ibi Abb. & Fely. in c. prudentiam. in princ. de offic. deleg. In delegatis autem ad vniuersitatem causam est idem quod in ordinariis, secundum Bartol. in d. l. si vni. & ibi etiam gl. & Alex. dicit hæc esse communem opin. licet Abb. in d. c. causam. teneat contrarium & malè: secundum eum. ¶ Quid autem in arbitris? Dic idè, quòd in delegatis l. si tres. ff. de arbit. ¶ Octauò differunt, quia iurisdictione ordinarii potest prorogari: cuius prorogationis ratione potest iudicare extra territorium. l. si còuenierit. ff. de iurisdic. omni. iudi. & l. j. & i. ff. de iud. sed iurisdictione ordinarii nò potest prorogari: nec potest cognoscere delegatus, nisi inter personas contentas in scripto delegatorio. c. p. & G. de offic. deleg. & l. priuato

uatorum. C. de iurisdic. omniu
33 iudic. ¶ Nonò differunt, quia in pluribus delegatis vno mortuo expirat officium omniu: adeò quòd vltèrius ex illa delegatione cognoscere non possunt. ca. penulti. de offic. deleg. secus in pluribus ordinariis: vt notat Abba. in d. c. penulti. dum refert se ad ea, quæ dixit in cap. prudentiam in princip. eod. tit. vbi hoc dixit, in iij. col. & glo. in c. vt de ficiu. de hæret. lib. vj. & Barto. in l. j. §. si plures. ff. de exerc. Ad hoc potest adducere omnia ea, quæ dixi suprà in octaua differentia. Et idem dicimus in pluribus arbitris quòd in delegatis,
34 vt d. c. penul. ¶ Decimò differunt, quia in dubio appellatione iurisdictionis, intelligimus de ordinaria, nò de delegata: secundum Abb. in c. penul. versu. quæro, an vicarius, & c. de offic. vice. & Alex. in rub. ff. de iurisd. om.
35 iudic. ¶ Vndecimò differunt, quia corà iudice ordinario, qui non potest cognoscere, nisi de certa summa, nò fit coactuatio pluriu summaru diuersis actionibus in eodè libello cumalata rum, ad impediendà suam iurisdictionem. l. si idem cu eod. in princ. ff. de iurisd. om. iudi. secus coram delegato. Hanc differentia posuit lato. in d. l. si idem cu
36 eodem in j. nor. Ratio est, ¶ quia delegata iurisdictione derogat ordinariæ. c. studiuit. de offic. legat. & c. sanè. de offic. delegat. Ergo debet restringi pro conseruan-

da iurisdictione ordinaria. & sic debet fieri coactuatio. l. si plures. §. final. ff. de pact. aliàs esset in odiu ordinarij: quòd fieri nò debet, secundum Barr. in d. l. si idè cum eod. in princip. Itè quia iurisdictione delegata, est odiosa: ergo restringenda. c. odia. de regulis iur. l. vj. & l. cum quida. ff. de liberis & posthumis. & dixi suprà in octaua differentia ¶ Duodecimò differunt: quia sententia lata per ordinariu còtra ius liti gatoris, valet: & trahit in rem iudicatam, si non appellatur, vt habetur in cap. cum inter. de re iudic. & in l. cum prolatis. & ibi per Alexan. & docto. ff. de iudi. secus, si est lata per delegatum. ita tenet Hostien. in c. fina. de præben. & in c. j. de offic. deleg. lib. vj. & Old. in consil. lxxxj. colum. j. & Barba. in additio. ad Abb. in cap. cum inter. de rescript. in additio. quæ incipit. or do iuris, & c. post mediū ¶ Decimotertio differunt, quia processus còtumacie punitus per delegatum factus contra citatu, non competentem, si in veritate ille non erat delegatus, non valet: quauis fuisset dubi: secus si fiat per ordinarium: quamuis in veritate nò sit ordinarius. dummodo possit esse: quia bene valet, ita dicit Abb. in c. prætered. col. i. pen. de dilat. ¶ Decimoquartò differunt, quia ordinarius potest reuocare sententiam secundi decreti: sed delegatus nò istam differentia ponit Alexan. in l.

in l. quod iussit. colum. vj. ff. de re iudi. referens ita tenere Innocentium in cap. consultationibus. de 40 offic. deleg. ¶ Decimoquintò differunt: quia delegatus potest in totum recusari vi suspectus, vt remouetur: sed ordinarius nò, sed datur sibi adiunctus, secundum Bartolum & docto. in lege apertissimi. C. de iudic. nisi esset delegatus ad vniuersitatem causarum: quia tunc similiter debet sibi dari adiunctus. gloss. est nota. in lege fina. in glossa prima. C. de iudic. & quod dixi in delegato, procedit etiam in delegato principis, secundum Abbatem in cap. super questionibus. §. quem verò. de offic. delegat. & hoc est de iure ciuili: de iure verò canonico tam ordinarius, quam delegatus potest in totum recusari. cap. si quis cōtra clericum. & ibi Abb. & docto. de foro competentis. & idem Abb. in c. cum ipse ciali. in primo notab. de appell. Dummodo causa legitima inferatur & probetur: alias recusatio nò admittitur: vt dicit Abb. ibidē & in d. §. quē verò. & est text. in cap. secundo requirit. de appellat. secus est de iure ciuili: quia non oportet inferere causam suspicionis. secundum Bartolum in d. l. apertissimi. & gloss. in l. quia poterat ff. ad Trebellia. & gloss. in litem si suspectus. ff. de procur. & l. aso. plenē. in d. l. apertissimi. & quae sint istae iustae causae recusandi iudicem suspectū, tangit Spec. in titu. de iudic. de

legat. §. superest. & ego dicam plenē infra. in tracta. de appellatione. in vltima parte huius operis. in versic. recusatō. & ibi videas. ¶ Hodie autem in regno seruatur ius canonicum, ex dispositione regie pragmatice: quae incipit. Item si contingat. per quam disponitur, quod tam ordinarius, quā delegatus potest recusari, vt suspectus: & remouetur in totum, & debet allegari & probari iusta causa suspicio nis corā iudice sano loci, seu eius vicario: vt ibi habetur. ¶ Decimosexto differunt, quia ordinarius postquam est recusatus vt suspectus, potest causam alteri delegare. c. si quis contra clericum. de foro compet. & c. cum speciali. & ibi Abb. & Philip. de app. Delegatus verò recusatus, non potest causam cōmittere. c. iudex ab apostolica. de offic. deleg. li. vj. Cum distinctione tamē, de qua ibi: scilicet, aut nondum est propoſita recusatio, & potest cōmittere: aut est propoſita, sed nondum fuit pronūtiatum super ea: & tunc non potest cōmittere, nisi de consensu partiu. Aut est pronūtiatum, & tūc etiā de consensu partium nō potest cōmittere: quia post pronūtiationē desit esse iudex. vt d. c. iudex ab apostolica. & loquor de delegato principis: quia tunc cadit hoc dubiū: nā delegatus ab inferiore, sine dubio nō potest subdelegare: vt suprà dixi 42 tertia differentia. ¶ Decimo septimò

mo septimò differunt: quia ordinarius potest delegare totā causam, & sententiam sibi reseruare. d. modo audiat ter causam, scilicet in principio, in medio, & in fine, vt C. de iud. authen. adhuc. delegatus verò hoc facere non potest: nam aut totā causam cōmittere debet, aut nihil, vt not. gl. in d. authen. adhuc. in versic. delegatus. vnde non potest sententiam sibi reseruare, etiam si esset delegatus principis: & hoc de iure ciuili, secus de iure canonico: quia potest sibi reseruare sententiam. c. super questionibus. in prin. de offic. deleg. & praedictam differentiam ponit Bartolus. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. col. iij. ff. de offic. proconsul. dum ponit differentiam inter decretum & sententiam. & Alexan. in rub. ff. de offi. eius. col. ij. 43 ¶ Decimo octauò differunt: quia ordinarius potest suam sententiam exequi, delegatus verò non imò sua sententia madatur executioni per ordinarium. l. à diuo Pio. in prin. & ibi glo. & Bartolus. ff. de re iud. & hoc procedit in delegato ab inferiore à principio, vt est text. etiam in l. prope randum. §. finautem reus. iuncta glo. in versic. ad maiorem. C. de iud. & tenet Alexan. in d. l. à diuo Pio. col. iij. & iij. & Abb. in c. si quis contra clericum. col. fin. de for. compet. secus in delegato principis: quia tam iure ciuili, quam canonico potest sententia

exequi, secundum Alexan. in d. l. à diuo Pio. col. ij. & Abb. in d. c. si quis contra clericum. col. pen. & c. significasti. de offic. delegat. quam sententiam potest exequi infra annum tantum, & nō vltra c. querere. de offic. delegat. Item potest delegatus à principio, cōmittere ordinario executionem suae sententiae, vt d. c. significasti. & c. sane. eo. tit. & tenetur ordinarius sibi obedire, etiam si iniusta sit sententia. text. est in c. pastoralis. §. quia verò. de off. dele. & not. in d. §. sane. & d. c. significasti. de qua materia vide in quadam disputatione mea, quam posui super rubric. ff. de offic. eius. dum legi illam rubricam in almo studio ciuitatis Salerni, conductus ad lectionem de mane ordinariam, quae disputationis incipit. Pro ornamento & c. & tractat materiam c. si quādo. de offic. deleg. Item praedicta de delegato inferioris à principio, procedunt de iure ciuili, secus de iure canonico: quia si delegatus habebat potestatem exequendi, potest etiam delegatus exequi, secundum Abb. in d. c. si quis contra clericum. col. pen. & fin. & ratio est: quia executio est iusti imperij, & de iure canonico delegatus ea, quae sunt multi imperij, secundum glo. in c. quod sedes. de offic. ordin. & Bartolus in l. nec quicquā. §. vbi decretum. ff. de offic. procon. licet secus sit de iure ciuili, vt habetur in l. libere cauere. ff. de iur.

om.iud.& in l.j. ff. de offi. eius.

44 ¶ Decimonono differit: quia ordinarius potest ampliare, & minuere tempus, quod datur iudicatis ex causa. l.ij. ff. de re iud. sed delegatus non: quia ex quo ipse non exequitur sententiam suam, ut modo dixi in precedenti differentia, non potest imponere legē superiori exequenti, scilicet ordinario delegati. c. ex insinuatione. de appel. hanc differētiā posuit Bar. in d. l. ij. in

45 j. q. ¶ Vicisima differentia est: quia appellatione magistratus, non venit delegatus. sed tantum ordinarius, secundum Pau. de Ca. quem sequitur Alexan. in l. cum qui. ff. de iurisdic. om. iud. quod facit secundum eum, pro interpretandis statutis loquentibus de magistratu, ut non comprehendant delegatum: pro quo est rex. in l. properandum. in princip. in versic. siue in magistratibus & c. C. de iud. ¶ Vicisimoprimum differit: quia ordinarius debet delegare causam suo subdito, quem potest compellere ad acceptandam. c. pastoralis. & ibi Ab. in pen. not. & in capi. quod sedes. de offic. ordin. & l. j. C. qui pro sua iurisdic. non subdito inuito non potest causam delegare, sed volenti tantum, secundum Bart. in d. l. j. ubi ita limitat dictam legem. & Abb. in d. c. pastoralis. in l. j. not. & ita intelligi text. in l. j. si prator. ff. de offic. eius. sed delegatus à principē, potest causam subdelegare

cuiunque, etiam suo superiori, & non subdito etiam inuito. Vnde si delegatus Papa est minimus clericus, potest causam subdelegare archiepiscopo, etiam inuito. c. pastoralis. in princip. & ibi Abb. in pe. not. & c. sanē quia de offic. deleg. ¶ Verum circa hoc scias, quod delegatus Papa debet subdelegare causas illis personis, quibus delegat Papa, scilicet in dignitate constitutis, per c. statutum. de re feri. li. vj. aliās subdelegatio non valet, & processus factus esset ipso iure nullus. ita tenet Abb. in d. c. pastoralis. in fi. illius princip. de offi. deleg. & Alex. in consil.

47 lxxvij. col. ij. in ij. vol. ¶ Vicisimosecundo differunt: quia ordinarius si protulit sententiam nullam, potest iterum de causa cognoscere & sententiarē. l. si prates. C. quomodo & quando iud. & l. j. C. de sen. & l. si accusa toribus. C. de accu. & Bar. in l. iudex postquam. ff. de re iudic. delegatus verò qui nulliter pronuntiavit, non potest ulterius de causa cognoscere. l. si ut proponis. C. quomodo & quando iud. etiam si sit delegatus à principe secundum Bal. in d. l. si ut proponis. col. ij. & Alex. plenē in rub. ff. de offic. eius. col. ij. nisi esset delegatus ad vniuersitatem causarum, quia haberet ut ordinarius, secundum Bald. in d. l. si ut proponis. & Felyn. in c. in literis. colum. j. de offic. deleg. & prædictis aut & quando & qualiter

liter procedant in delegato, vide plenē per Felyn. in c. qualiter & quando. el. j. colum. antepen. & pe. de accusa. & qualiter procedant in ordinario, quod possit iterato cognoscere, vide Abb. in d. c. in literis. & Bart. in

48 d. l. iudex postquam. ¶ Quot autem ad reuocandum interlocutoriam, non est differentia inter ordinarium, & delegatum: quia vterque potest eam reuocare, secundum gloss. in d. l. quod iussit ff. de re iudic. & ibi etiam Alexā. in j. col. & est text. in c. cum cessante. & ibi Abb. in ij. not. de ap. pel. quod limita, ut infra proxima differentia. ¶ Vicisimoter

49 tio differunt: quia ordinarius si pronuntiat se non iudicem, vel iurisdictionem non habere, potest hanc suam interlocutoriam reuocare, secundum Bald. in l. si prates. per illum text. C. quomodo & quando iud. secus in delegato: quia talem interlocutoriam non reuocat. c. significatibus & ibi Abb. & doct. de offi. deleg. hanc differentiam in terminis ponit Ludo. Rom. in c. cecclviij. in fin. & Barba. in add. ad Abb. in d. c. significatibus, quibus adde Barto. in repet. l. ij. col. iij. ff. si quis in ius voc. non

50 iudic. ¶ Vicisimoter differunt quia ordinarius potest delegare vnum articulum cause iurisdictionalem, ut est gl. in c. super questionum. in versic. quicunque de offic. delegat. quia si po-

test totam causam, multo magis vnum articulum: delegatus vero non potest etiam vnum articulum iurisdictionalem subdelegare, secundum Abb. in d. c. super questionum. in princ. super dicta gl. in versic. quicunque. Sed articulum non iurisdictionalem potest subdelegare, ita tenet Alex. in l. more. col. v. ff. de iurisd. om. iudic. licet Bar. ibi contrarium teneat, & male: quia communiter reprobat, secundum Abb. in d. c. super questionum.

51 ¶ Fallit in delegato ad vniuersitatem causarum: quia ille equi paratur ordinario, ut pluries dictum est supra, secundum Abb. in d. c. super questionum. col. iij. Non tamen potest subdelegare vniuersam suā delegationem, ut not. Host. in tit. de offic. deleg. §. quis possit quem sequitur Alex. in l. a iudice. C. de iudic. quia etiam ordinarius non posset totam suam iurisdictionem delegare inconsulto principi. l. pe. & ibi not. ff. de offi. præs. id.

52 ¶ Quis autē dicatur delegatus ad vniuersitatem causarum: vide l. a in d. l. a iudice. Secundo fallit in delegato præcipis: ut d. c. super questionum. & ibi Abb. in iij. col. ¶ Vicisimoter differunt: quia ordinarius potest aliquem citare per edicta, & idem in delegato principis. text. est in authen. qui semel. C. quomodo & quando iud. & in §. omne. in authen. de litig. sed delegatus inferioris hoc facere non

potest, vt not. glo. in d. auth. qui semel. in versic. delegatis. & ibi etiam Bar. versic. venio ad secundam. &c. & Bart. in extrauagan. ad reprimendam. in versic. per edictum. & Barto. in l. perique. ff. de in ius vocan. ¶ *Vicesimo sexto differunt: quia delegatus inferioris à principe, non potest citare aliquem realiter, scilicet capiendū ipsum de persona: sed ordinarius sic, & delegatus à principe. Ita tenet Bar. Alex. & communiter docto. in l. ij. ff. de iurisdic. omni. iud. contra gloss. ibi, siue ante litem contestata. siue post. & idem Bart. in l. perique. ff. de in ius voc. & quod dixi in delegato principis vt sit idem quod in ordinario, ista est communis conclusio, quā tenet Bar. in dicta auth. qui semel. C. quomodo & quando iud. & Alex. in d. l. col. iij. & de prædictis est tex. cum glo. in l. consentaneum. C. quomodo & quā. iud.

55 ¶ *Vicesimoseptimo differunt, quia delegatus citans, debet citare cum inserto tenore suæ delegationis, aliis sibi non creditur, nisi doceat de cōmissione, & copiam faciat. cum in iure, & ibi Abb. & Fel. de offi. deleg. & in c. præterea. de dilat. & Barto. in l. ij. ff. si quis in ius vo. non ier. Sed ordinarius hoc facere non tenetur, sed sufficit, qd mandet nūcio vt aliquem citet solo verbo sine literis. tex. est in cap. cum dilecti. ibi. viua voce, & c. de do. & contu. & Spec. in tit. de ci-

ta. §. sequitur. versic. vtrum. & est ratio: quia semper præsumitur pro iurisdictione ordinaria. secus pro delegata. ita dicit Abb. in d. c. cum in iure. colum. penul. ¶ *Vicesimooctauo differunt: quia iurisdic. ordinarij, non expirat per mortem superioris constituentis ipsum. etiam re integra. secundum Hosti. in c. quoniam abbas. de offi. dele. & Abb. in c. relatum. eo. tit. & est text. in l. & quia. ff. de iurisdic. omni. iudi. & est etiam tex. clarus in c. legatos. in si. de offi. leg. li. vj. sed iurisdic. delegati, exinguit morte delegatis re integrā. vt d. l. & quia. & d. c. relatum. & c. grati. & c. licet vndique. de offi. deleg. & in c. fin. de offi. leg. Dicitur autem res integra, quando nondū est facta citatio. & ista est cōmunis opi. quam tenent Bart. & doc. in d. l. & quia. per d. c. grati. & d. c. fin. & no. Abb. in d. c. relatum. qd procedit etiā in delegato principis, per pedita iura. & not. gl. in ver. principaliter. in d. l. & quia. Et instanti exinguitur iurisdic. morte mādantis, qd etiā de cōsensu partiu non possit delegatus procedere. gl. est in c. cū venissent in ver. egerit. de testi. l. c. pcedit etiā si delegatus ignoret delegante esse mortuū, secundū Bar. in d. l. & quia. col. ii. si. Item, procedit etiam in delegato ad vniuēsitatē causatū. nā quo ad hoc non requiparatur ordinario. Est enim necesse, vt saltem vna causa sit excepta coram eo, vt res deli

desinat esse integra, secundum Barto. in d. l. & quia. ver. quarto, quid si plures & c. quē ibi sequitur Alex. & cōmuniter Mode. & Abb. in d. c. relatum. Illud autem, qd dixi in delegato principis, limita multis modis, vt per 57 las. in d. l. & quia. col. iij. ¶ Item illud, quod dixi in ordinario, limita non procedere, quando vna iurisdic. ordinarij cohareret alteri ordinarij, vt accessoria sicut dicimus in vicario: qui est ordinarius, & tamen eius iurisdic. finitur morte episcopi, vel alterius constituentis, secundum Alex. in d. l. & quia. col. j. & Hosti. in d. c. quoniam abbas. & Abb. in c. p. de offi. vicar. tūc enim iurisdic. deo voluit ad capitulum, vacante sede. c. ij. ex tra. ne sede vac. ¶ *Vicesimono differunt: quia iudex ordinarius etiam minimus potest delegare causam cū potestate subdelegandi, vt est glo. in c. is, cui de offi. deleg. lib. vj. & Bar. in l. more. & ibi etiam Alex. in v. & vj. col. ff. de iurisd. omni. iud. vbi dicit hanc esse communē opi. & Fely. in c. super questionum. §. si verō. versic. fallit quarto. & c. de offi. deleg. Secus in delegato etiam principis, secundum Alex. in rubr. ff. de offi. eius. col. iij. & glo. in c. super questionum. §. porro. ver. transfert totā de offi. deleg. hanc differētiā sentit Bal. in l. a iudice. & ibi Saly. & cōmuniter doc. C. de iudi. & Abb. in c. cū Bartol. de re iudi. & Bar.

in l. solet. ff. de iurisd. omni. iudi. & Alex. in consil. clvij. col. iij. in ij. vol. vbi dicit hanc communem opi. & las. in l. j. col. vij. ff. de offi. eius. ¶ Predicta limita, nisi delegatus subdelegaret scientē & paret ordinario: quia tunc potest, secundum Alex. in præalleg. consil. clvij. & las. in d. l. a iudice. col. iij. in quarta limitatione.

59 ¶ * Tricesimo differunt: quia quilibet ordinarius habens merum & mixtum imperium; potest suam sententiā dubiam interpretari, & etiam sententiā sui delegati. delegatus hoc facere non potest, secundum Bar. in l. ab executione. versic. venimus ad secundam partem. & c. ff. de app. & Alex. in rub. ff. de offi. eius. col. iij. ¶ * Tricesimoprimum differunt: quia ordinarius potest condemnare victum victori ad expensas: reservata sibi taxatione. l. terminatio. C. de fruct. & litis expen. & ibi Barto. & Bald. sed delegatus hanc reservationem facere non potest, & si fecerit, est nulla: unde delegans potest postea taxare. ita dicit Barto. in l. ab executore. colum. penul. ff. de appell. & Barto. in d. l. terminatio. quod tamen intellige, pcedere in tali delegato, qui non potest sententiā executi de quo dixi supra xvij. differētia. Secus si potest exequi: ita dicit Bartolus in locis præallegatis. ¶ * Tricesimosecundo differunt: quia ordinarius potest cognoscere de causis meri

& misti imperii. Intellige tamē de ordinario illustri, spectabili, vel clarissimo. Illicitas. §. qui vniuers. ff. de offi. presi. de quibus habetur per glo. & Mod. in l. j. ff. de offi. eius. quia infimi magistratus, prout sunt defensores ciuitatum, non habet huiusmodi causas, nisi modicam cōtentionem. l. magistratibus. ff. de iurisd. om. iud. & in auth. de defenso. ciui. §. audien. Verū hodie omnes magistratus municipales, qui capitanei appellantur, cognoscunt de causis meri & misti imperii, quia equiparantur prefidis: vt not. glo. in l. si. in ver. id est C. de prescript. long. tēpo. quod fuit inductum per pacem Constantie, secundū Bal. in ti. de pace const. in ver. criminalibus. & Ioan. And. in addi Spec. in tit. de iuri. Com. iud. col. j. & Ang. in l. j. §. solent. ff. quan. app. sit. Sed delegatus non cognoscit de causis meri & misti imperii: quia talia delegari non possunt. l. j. in prin. ff. de offi. eius. & l. iube. re cauere. ff. de iurisd. om. iud. & l. j. ij. C. de ped. iud. & l. nec quicquam. §. vbi decretum ff. de offi. procon. secundum vnū intellectum. ¶ Item, predicta intellige de mero imperio, maximo, maiori, magno, & paruo. De minimo autē & minimo bene cognoscit delegatus, secundū Bar. in l. imperium. col. iij. & iij. ff. de iurisd. om. iud. ¶ Fallit hoc ratione absentie vel infirmitatis: quia tunc ordinarius delegat merum

& mistum imperiū, vt d. l. j. ver. huius rei. & ibi Barto. & Alex. ff. de offi. eius. nisi quando veniret poena mortis vel abscissionis membri: quia delegatus nō potest huiusmodi causas decidere, vt in auth. de colla. §. ad hoc prohibemus. ¶ Itē, fallit in principe, qui potest huiusmodi causas delegare. l. si. C. vbi sena vel clarif. & Bar. in d. l. j. in ij. q. ff. de offi. eius. ¶ Item fallit in causa restitutionis in integ. quā licet sit misti imperii. l. ea. quā. §. j. & ibi no. ff. ad municip. ramen delegari potest. l. si. C. vbi & apud quem. ¶ Item fallit de iure canon. secundū quod omnes causas meri & misti imperii delegantur, & quod sedes. & ibi gloss. de offi. ordi. & glo. in clemen. j. de offi. deleg. & Alex. in consi. c. vj. col. pen. in ij. vol. ¶ Item fallit in delegato principis, qui potest huiusmodi causas subdelegare, secundū gloss. & Bald. in l. vnica. C. qui pro sua iur. & Bart. in d. l. j. in iij. q. quāvis ibi Alex. & alii contrarij teneant: tamen ista est magis communis opinio, quam reassumpit ibi Ias. in d. l. j. col. xix. & Abb. in c. venerabilis. l. de offi. delega. ¶ Quod l. i. perita, nisi esset electa industria personar. l. inter artifices. ff. de solu. & l. nemo. ff. de duob. reis. quod quomodo cognoscatur, vt de Abb. in c. si. de offi. deleg. & Ias. in l. i. iudice, C. de iudi. ¶ Itē limita, nisi esset facta delegatio de aliquibus causis reſeruat

pria

principi: quia tunc non subdelegat, vt not. Alex. in d. l. j. co. fi. ff. de offi. eius. & Bal. in l. gesta. ¶ C. de re iud. ¶ Tricesimo tertio differunt: quia eximens vocatū in ius coram delegato: nō tenetur edicto, ne quis eum. & c. l. iij. §. si quis. ff. ne quis eū. & Bal. in rub. extra. de offi. dele. col. j. Secus si corā ordinario, vt in toto illo tit. & in tit. de actio. §. penales. & ibi per mode. & predicta procedunt etiam in delegato principis, secundum Alex. in 69 rub. de offi. eius. col. ij. ¶ Tricesimo quarto differunt: quia capitulum, sedē vacante, succedit in iurisdictione ordinaria. ca. j. de maio. & obed. li. vj. & c. ij. ne sedē vacā. & no. in c. ij. ne prelat. vic. suas. non tamen succedit in iurisdictione delegata, secundū Card. in cle. j. ver. duro. in viij. q. de hare. & Gemi in d. c. j. de maior. & obed. lib. vj. & Io. And. in c. cum olim. col. p. de maio. & obed. & habetur in c. ad abolen. 67 dā. de here. ¶ Tricesimo quinto differunt quia delegatus Pape non potest demandare potestatem absoluedi ab excommunicatione, nec predicādi, nec prouidendi ecclesiis de prelati. c. is cui. de offi. deleg. li. vj. & tamē ordinarius hac omnia demādere potest, vt habetur in ca. inter cetera. & c. fi. de offi. ordi. & c. causam. de elect. & ca. fi. de offi. 68 delega. ¶ Tricesimo sexto differunt: quia ordinarius potest libere instituere presentatum

in ecclesia per patronos cap. ex frequentibus de instit. secus in delegato: quando corā eo veritur quāstio inter patronos de iure presentādi, & ipse fuit delegatus à Papa, vt ordinet ecclesiā & provideatur de rectore: quia potest tantum iudicare. quis fit instituendus, & episcopus diocesisanus habebit ponere ipsum in ecclesia, & instituere: sed ipse delegatus instituere nō possit. c. super eo. & ibi Abb. de offi. dele. ¶ Tricesimo septimo differunt: quia ordinarius potest imponere maiores multas, li. eos C. de modo mult. & Alex. in rub. ff. de offi. eius. col. ij. in fi. Delegatus verō licet possit multas imponere c. pastoralis. & c. de causis de offi. deleg. non tamen potest excedere summā sex aureorū, si est de personis illustribus, spectabilibus, vel clarissimis. Si verō est de minoribus, nō potest excedere tres aureos, li. j. C. de sportu. & Hosti. in d. c. de causis & procedit hoc etiam in delegato principis, vt ibidem dicit Alex. ¶ Scias tamen, quod hodie dispositio distat. eos. C. de modo mult. nō est in vſu, & iudices de facto eam non feruant: sed imponunt multas ad eorum arbitrium: ita dixit Specu. in titu. de sentē. prolat. §. species. verſicu. sed nunquid titulus. & c. & Alexan. in consilio xxxv in ij. volu. colum. pe. & Ias. in li. ij. §. quid prator in fin. ne quis eum. ¶ Tricesimo octauo

70

i 4 differ

differunt: quia si delegans excommunicatur, non per hoc suspenditur iurisdictioni delegati, secundum gl. & Inno. in c. licet. de offi. deleg. & Spec. in tit. de iudi. deleg. §. restat. verū. quid si super duobus & secus est in vi cario: qui habet iurisdictionem ordinariam, ut supra dixi: tamen excommunicatio episcopo suspenditur iurisdictioni vicarij c. Romana de offi. vi lib. vi. vide tamen Abb. in d. c. licet. qui non tenet indistincte illud, quod dixi de delegante excommunicato: nā distinguit, prout in delegante mortuo scilicet: aut fuit excommunicatus re integra: aut non. Illud tamen quod dixi de vicario, nō intelligas procedere in quolibet ordinario, ut per Abb. in d. c. licet. col. si quia si iurisdictioni ordinarij nō finitur morte constitutus, multo minus finitur excommunicatione. ¶ Tri-
71 cessimononō differunt: quia ordinarius potest delegare causam cum clausula appellatione remota, quod intellige de tali ordinario, qui habeat supremā potestatem, prout est princeps, quia solus princeps vitur ista clausula in delegationibus, ut est gloss. in cap. super questionum. in princip. in vers. prouocationis de offi. deleg. & glo. in ca. quod translationem in gl. mag. in fi. de offi. lega. & text. in l. j. in fi. quibus appel. non licet. & Spec. in tit. delegato. §. I nunc ostendendum. ver. xiii. sed

delegatus principis non potest causam subdelegare, appellatio ne remota. text. est in d. c. super questionum. §. nos autē. de offi. deleg. & Abb. in d. c. super questionum. §. I. verō. in ij. nō. Scias tamen, quod ista clausula non operatur in praeiudicium tertiū quia non impedit tertium appellare. text. est. & ibi Abb. in c. super eo. de offi. dele. ¶ Quodragesimo differunt: quia quando committitur ordinario per superiorem aliqua causa, quae spectabat ad eius iurisdictionem, censetur eius iurisdictioni excitata: adeo qd non per hoc efficiatur delegatus: sed remanet ordinarius etiam in illa causa, & illa commissio, appellatur iussus, & non delegatio. text. est in authē. ut nulli iudi. §. & hoc verō iube-
72 mus. per quem ita tenent Bart. & doc. in l. more. ff. de iur. om. iur. & Pely. plenē in c. licet. de offi. ord. secus est, quod si commissio alicui quī nō erat ordinarius in illa causa: quia ille censetur mere delegatus: ut in toto tit. de offi. deleg. Illud autem, quod dixi in ordinario, limitat, nisi in commissio esset in aliquo alterata eius iurisdictioni. quia censetur tunc delegatus, & non dicitur tunc iurisdictioni excitata, secundum Pely. in d. c. licet. vbi plenē de hoc. Rober. de Venus. V. I. D.

Indiciorū V. I. distinctio.

Indicium aliud conuentionale, & aliud reconuentionale.

Comp.

2. Compensatio locum habet, vbi delictum est: liquidum non aliter. Item cessat, vbi debetur species.
3. Compensatio fit de liquido ad illiquidum, quādo per confessionem facta est liquidatio. & nu. 27.
4. Compensatio an similitudinem aliquam habeat cum reconuentione.
5. Reconuentione ante litem contestata fieri debet, vel incōtinens post: alias pari passu cum conuentione non ambulat. Intellectus ad c. dispensia. §. reus. de rescript. lib. vi.
6. Reconuentione pari passu ambulat cum conuentione: & fit processus simul taneus: sed debet prius reus actori respondere, & postea contra.
7. Actore non respondente reconuentioni, denegatur audientia super sua conuentione.
8. Causa reconuentionis, debet vna & eadem sententia terminari: nisi primo liqueret de vna causa: quia potest vnam tantum diffinire iudex.
9. Appellatio à sententia lata in causa conuentionis, non impedit iudicium procedere in causa reconuentionis: de qua tamen citō liquere non potuit.
10. Processus valet, licet iudex causam reconuentionis pari passu nō expediat: sed male facit, & debet appellari.
11. Reconuentione an fiat coram delegato. & numero 20. & 51.
12. Reconuentione an coram arbitro locum habeat.
13. Arbitri iuri, an habeant ordinariā vel delegatam potestatem, & ad quem appelletur ab illis.
14. Reconuentione an fiat coram iudice prorogato.
15. Coram iudice appellationis an re-
- conuentione fiat, & nume. 17. & 18.
16. Appellatio reduci causam ad illum statum, in quo erat causa principalis post litem contestatam.
17. Appellatio ab interlocutoria, denouit causam principalem coram iudice appellationis, quando pronuntiando bene appellatum, interlocutoriam retrahant.
18. Appellatio extraiudicialis, in quibus differat à iudiciali.
19. Reconuentione an locū habeat coram particularibus ad certa negotia, vel personas deputatis.
20. Prorogari non potest iurisdictioni delegati.
21. Prorogatio iurisdictionis, quāda est voluntaria, & quādam necessaria.
22. Delegata causa principali, censetur etiam delegata causa accessoria, & conexa.
23. Reconuentione an fiat coram iudice causarum certa speciei de causa alia speciei diuersa.
24. Intellectus ad l. si item cum eodem. §. quod si mitius ff. de iur. om. iudi. procedere in causa reconuentionis: de qua tamen citō liquere non potuit.
25. Iudex habens limitatam iurisdictionem accessoris & incidenter, de causa diuersa speciei cognoscere potest.
26. Iurisdictione ordinaria concessa, id concessum censetur, sine quo illa explicari non potest.
27. Reconuentione an fieri possit, quando iudicio officium imploratur.
28. Reconuentione non fit vbi per viā extraiudicialis iurisdictionis proceditur.
29. Reconuentione an locum habeat in causis summaris.
30. In causis executiuis an fiat reconuentione.

31 Reconvencio non fit, ubi presentatur instrumentum secundum formam rursus; nec quando creditor petit famam, vt ingreditur possessionem vigore pacti executivi.

32 Reconvencio an & quando locum habeat in causa possessorij. & nu. 33. cum plur. sequen.

33 Spoliatus agens, non tenetur aduersario suo respondere: nisi prius restituitur. Quod limita. nume. 35. 38. 39. & num. 41.

34 Privilegiatus non vitur privilegio suo, contra pariter privilegiatum.

35 Possessoria remedia an dicitur ita privilegiata contra terrios non spoliatores, sicut contra ipsos spoliatores.

36 Possessorium retinenda datur ei, qui molestatur extra iudicium: secus si in iudicio.

37 Causa qualibet possessoria, est summaria.

40 Reconvencio an fiat de possessorio ubi agitur petitorio.

41 Spolium an deducatur in iudicio per viam actionis vel exceptionis, et quae sit differentia.

42 Possessorium recuperande intentum, an suspendatur per exceptionem spoli, alterius rei, oppositam reo.

43 Spoliatus citatur per spoliatum in alia causa: potest contra citationem opporere, & non tenetur comparere, nec respondere.

44 Clericus reconueniri potest coram iudice laico.

45 Clericus succumbens coram iudice laico: potest per eum condemnari ad expensas.

46 Reconvencio an possit renuntiare suae conventioni, ad impediendam re-

convencione m.

47 Reconvencio an & quando locum habeat in criminalibus. & num. 48. cum plur. sequen.

48 Accusator non admittitur in regno, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur. & num. 49.

49 Dispositio l. j. C. qui accus. non poss. est hodie correcte in regno per constitutionem si civiliter agens.

50 Nomen rei, quando receptum dicitur inter reos.

51 Reconvencio non fit in criminalibus coram iudice incompetenti, respectu reconvencio. & num. 58. & 59.

53 Reconvencio in regno hodie in criminalibus non procedit, per ritus magne curie, per quos multa leges iuris communis sunt correcte, & constitutio, si civiliter agens, &c.

54 Novum delictum quod dicitur.

55 Dispositio l. neganda. C. qui acc. non poss. est hodie correcte.

56 Reconvencio an habeat locum, ubi per inquisitionem proceditur.

57 Reconvencio de causa civilis, an fiat per accusatum criminaliter, & e contra.

SExtra distinctio principalis iudiciorum est: quia * Iudicium aliud dicitur conventionale, & aliud reconventionale. Iudicium conventionale, est illud, in quo prima conventio deducitur. Iudicium reconventionale, est in quo deducitur secunda conventio, quae fit ex aduerso per reum contra actorem de quo loquitur l. cum Papin & auth. & consequenter. C. de sen. & totus tit. extra. de mu. peti. Est igitur sciendum, quo ad practicam hu-

ius iudicii reconventionalis, quod reus conventus in iudicio, si debet aliquid consequi ab actore habet duplex remedium repul-

sandi actorem. * Primū est, per viam compensationis: quam potest sibi opponere, etiam si esset debitor naturaliter tantū. l. quod in diem. §. etiam. ff. de compen. Verum, quia non semper datur sibi hoc remedium, quia ita deum habet locū compensatio, si debitum est ex vtraque parte liquidum. Secus si ex vna parte tantū sit liquidum: vel ex vna parte debeat species, & ex alia quantitas: tunc enim nō admittitur compensatio. text. est & ibi Bal. plenē in l. i. C. de compen.

* Illud autē, quod dixi de debito liquido ad illiquidū, vt non fiat compensatio, limitatur nisi debitum actoris esset liquidatū per confessionem rei: quia tunc admittitur compensatio de debito rei illiquidū, quod venit liquidandum in processu, secundū Bal. in d. l. fin. col. ij. & Abb. in c. cum Ioanes. in iij. no. de si. instr. & ratio est illa, quae sumitur ex l. eum, qui. ff. de iureiur. In illis ergo casibus, in quibus cessat remedium compensationis, necesse est, reo recurrere ad secundū remedium, scilicet reconventionis: per quod plenius sibi consulitur.

* An autē compensatio habeat aliquam similitudinem cū reconventionē: vide Bal. in d. l. cū Patinianus. in fi. C. de sentent. * Super hoc iudicio reconventiona-

li pro aliquali introductione ad practicam, proponam discussiones tres quæst. Prima erit, quæ sit natura reconventionis à principio iudicii, vsq; ad fi. Secunda, coram quibus iudicibus possit opponi reconventio. Tertia, de quibus causis opponi poteit.

Quæstio I. principalis.

TREDEO ad primam quæst. super qua puto considerandam esse eius naturam, quo ad tria. Primo, quo ad tempus suæ propositionis. Secundo, quo ad telam suæ prosecutionis. Tertiū, quo ad finem suæ determinationis.

* Quo ad primā considerationem: dico, quod natura reconventionis est, vt proponatur in principio litis ante litem contestatam in causa conventionis. tunc enim dicitur vera reconventio, & pari passu procedit cum ipsa conventione. & ista est communis opinio omnium docto. & probatur per gloss. in clementi. sepe. §. verum. in verb. exordio. de verbo. significat. & per Philip. Deci. in consilio vltimo, quod est in numero cc. col. ij. & Felyn. in ca. j. de mut. pet. i. quicquid teneat Spec. in tit. de recon. §. sequitur. ubi dicit, quod vsque ad conclusionem in causa potest fieri reconventio. tamen eius opinio non est vera, scilicet quod ad hoc, vt pari passu ambulet cum conventionē Nam verum est, quod potest fieri post litem contesta-

ram, & in quacunque parte iudicij, tamen tunc non dicitur vera reconuentione: quia nō ambulat pari passu, nec per eā retardatur causa conuentionis, secundū Philip. Deci. in dicto cōsilio vltimo. col. ij. & ita intelligitur tex. in c. dispensia. §. reus. de rescri. lib. vj. ita etiam declarat Lanfranc. in clem. sepe. col. viij. in fin. versic. sequitur tex. in verbo exordio, &c. de verbo. signifi. ¶ Potest etiam fieri reconuentio post litem contestatam dūmodo fiat incontinenti ante, quā iuretur de calūnia. ita tenet Bal. in c. cum venisset. de iudic. & Ia. in l. nō solum. §. morte. colum. vj. ff. de oper. nō nunt. ¶ * Quo ad secundam considerationem, scilicet circa prosecutionem ipsius reconuentionis: Natura eius est, vt pari passu ambulet cum cōuentione: & sic fiat simultaneus processus. videlicet, quia eodem tēpore quo lis contestatur in vna, debet contestari in alia: & sic in datione termini probatorij, in publicatione, conclusionē, & aliis actis causae. Verū prius respondēbitur, & fiet actus super cōuentione, & postea super reconuentione, immediatē. ita declarat Bar. in dicta athen. & consequēter. col. ij. vers. ij. est videndum. & c. C. de senten. per regulam traditam in l. qui prior. ff. de iudic. & vide Bal. in dicta l. qui prior. vbi pulchrē declarat hāc materiam. Et addit etiā, quod prius debet

allegare aduocatus actoris, & postea aduocatus rei. & iste ordo adhibetur, etiam in disputationibus: secundū Bald. in l. Ne fennius. ff. de neg. gest. ¶ * Si autem actor nollit respondere super reconuentione, patitur istam pōnam: quia minimē proceditur in causa cōuentionis: & denegatur sibi auditiā, donec respondeat super reconuentione. ita dicit Specul. in tit. de recon. §. fin. vbi plures allegat. & habetur in c. j. & ij. de mutu. peti. & Specul. in tit. de reconuen. §. videndum. versic. sed nunquid si actor, &c. ¶ * Quo ad tertiā cōsiderationem, scilicet quo ad finē reconuentionis: Breuiter natura reconuentionis est, quod debet eadem sentētia determinari cū causa cōuentionis: quia iudex debet vtrāq; causam inferre in vna & eadē sententia: secundum Barto. in d. athen. & consequēter. col. ij. versic. item dicta causa &c., & licet dicat ibi Barto. quod primo debet ferri vna sententia, & postea alia: nō per hoc contrariatur: quia eius sensus est, quod ambae causae debent poni in vna sententia scripta in eadem charta. Verū primō scribi debet cōuentionis, & postea reconuentionis: secundū ordinem ipsarum causarū. Sed vnum possit aliud immediatē legi, & proferri debet: vnde quo ad iuris dispositionem, duae dicuntur sententiae: quia duo sunt capitula. l. etia. ff. de mino. & l. quādam

quādam mulier. ff. famil. ercisc. sed quo ad vnicam scripturam & vnicam probationem, dicitur vna sententia, & ita debet intelligi hāc materia: vt declarat Ab. in cap. j. col. iij. de mutu. peti. & Spec. in tit. de recon. §. videndum. col. ij. ¶ * Istud tamen, quod dicitur de vna sententia, limita procedere, quando de vtraque causa pariter liqueret: secus autem, si prius liqueret vna, quam de alia: quia iudex potest pronuntiare solum de ea causa, de qua liquet, & superferre in alia: nec per hoc facit litem suam: quia lege permittente id facit. Ita tenet Abb. in d. c. j. col. ij. de mutu. peti. & Spec. in d. §. videndum. versic. & si iudex. Hinc est, quod si appellaretur ab illa prima sententia lata, puta in causa conuentionis: potest nihilominus iudex procedere ad sententiam in causa reconuentionis: & illa appellatio non ligat manus iudicis in causa reconuentionis: quia quo ad hoc, censetur diuersae causae, & non vna ita tenet Specul. in d. §. videndum. circa fin. versic. sed pone. & habetur per doctores. maximē Philip. in fin. col. c. super eo etia. de appell. ¶ * Quid autem, si iudex nollit procedere pari passu in vtraque causa: sed solum in vna procedit prius: vel in vna tantum pronuntiat, & non in vtraque: an valeat eius processus sententia? vel debeat ab eo appellari? Dic quod vera

conclusio est, quod non per hoc sententia est nulla: nec processus est nullus: sed iudex malē agit: vnde debet appellari. tex. est in l. j. §. fina. ff. quae sent. sine app. rescind. per quem ita tenet Spec. in tit. de recon. §. videndum. versic. & si iudex. & Abb. in d. c. j. colum. iij. in fi. de mutu. pet. Robert. Maranta, Vnus. IVD. SECVNDA quāstio principalis, habet coram quibus iudicibus est locus reconuentioni. Et super hoc sunt praepōnendae aliquae q. Sed per response dicās, quod regulariter coram omni iudice locus habet: nisi expresse reperitur prohibita: per regulam c. eius in agendo. iij. q. viij. & l. cum Papinianus, in fin. C. de sen. ¶ Primo igitur quaero, an corā iudice delegato habeat locus reconuentioni. Dic quod sic: nam in hoc non differt delegatus ab ordinario. c. j. & ibi Abb. in j. col. de mutu. peti. & Spec. in tit. de recon. §. j. versic. j. & Bar. in d. athen. & consequenter. col. penul. versic. quāro, vtrum ista autem, &c. & Bar. in l. i. ff. quod quisque iur. & Bal. in l. neque. in fin. C. de compen. Quod intellige, quando delegatus fuit impetratus ad instantiam vnus partis tantum, puta actoris: quia tunc viget ratio tradita in d. l. cum Papinianus. in fi. scilicet, quod ipse actor, q. impetrat iudicem pro se, non debet dedignari habere eundem iudicem contra se. secus est,

est, quando delegatus fuisset
electus .de consensu vtriusque
partis: quia coram eo non ha-
bet locum reconuentio : quia
cessat dicta ratio: ita tenet Bar.
in d.aurea. & confeguerit. in
si. verbis. & Abb. in d. c. j. col. ij. in
fin. & col. pen. de mut. peti. item
fallit, quando fuit electus motu
proprio principis: quia simili-
ter cessat tunc reconuentio, ita
tenet Iac in l. ij. in prin. colum.
si. ff. quod quisque iur. Et ad ma-
teriam huius quæst. vide vnum
dubium, quod tangam infra, in

12 quinta quaestione. ¶ Secundo
principaliter quæro, an coram
arbitro habeat locum recon-
uentio. Dic quod communis
conclusio est, quod non, quia ex
quo eligitur de consensu utri-
usque partis, cessat coram eo
ratio. d. l. cum Papinianus. in fi.
tex. est in ca. cum dilectus de ar-
bit. per quem ita tenet Barto. in
d. Authen. & consequenter in fi.
& Specu. in titu. de recon. §. j. in
prin. & Abb. in d. c. colum. j. &
pen. de mut. pet. & in d. ca. cum
dilectus. Quod tamen intellige
de arbitrio voluntario, electo de
communi voluntate partium:
secus in arbitrio iuris, electo ex
necessitate statui. Et coram cau-
sam: quia coram eo habet lo-
cum reconuentio: secundum Ab-
ba. in d. ca. cum dilectus. colum.
iij. vnde stant dispositione regie
pragmaticæ in regno, quæ
incipit, Odia, quod causæ inter
coniunctos compromittantur:

tales arbitri dicuntur iuris: & coram eis habet locum reconuentio. secundum Abb. ibi. licet cōtrarium videatur tenere Abba. in d. c. j. colum. pen. de mut. pen. referendo Specu. in titu. de recula. §. effectus. colum. v. ver. fed non quid. Sed prima opi. vel est: qd: dictum Specu. procedit in arbitro iuris, deputato ad certum articulum: puta ad cognoscendum de suspitione iudicis: quia verum est, quod coram eo non habet locum reconuentio. secus, si est deputatus ad totam causam. vt in exēplo preposito, ita etiam tenet Fely. in c. h. col. penul. in fin. de re iudic. Et ratio patet ad sensum: quia isti arbitri eliguntur ex necessitate iuris: & habent iurisdictionem à lege: nam ita necessitas actor litigare coram eis, sicut coram iudice: vt nor. Abb. in c. suspitionis. de offic. dele. quicquid dicat Ias. in l. est receptum. colum. fin. ff. de iurisd. om. iudi.

13 ¶ **¶** Quam autem iurisdictionē
habeant illi arbitri iuris, scilicet
ordinarium vel delegatam: Dic
quod veritas est, quod nec ordi-
nariam veram, nec delegatam
habent: sed quandam tertiam
speciem iurisdictionis, similem
& æquiparatā delegatæ iuridi-
ctioni potius, quàm ordinariæ.
Ita tenet Bal. in confi. c. & con-
fili. cccclxx. in j. vol. & Per. Ph.
Cor. in confi. liiij. colum. ij. in li-
tera m. in ij. vol. & Bal. in laper-
tissimi. confi. h. versic. quarto quo-
dammodo.

ro. & in fin. in vij. nor. C. de iudic. & ibi etiam Barf. & Ange. & tangit Fely. in fi. col. penult. in fi. de re iudic. & probatur in c. ab arbitris & ibi nor. de offic. delega. lib. vj. vbi probatur etiā, quod ab illis arbitris iuris debet appellari ad principē, & sic ad legem animatā. ex quō a lege habent iurisdictionem. Et de materia illius pragmatice, odia vide quod plene dicam infra, in sexta parte huius tract. in ij. parte iudicii, in verbo. compromissi.

14 sum. ¶ * Tertio principaliter
quaro : an coram iudice pro-
gato habeat locū reconuentio.
Glo. Bar. & communiter docto.
in l. est receptum. ff. de iur. om.
iudic. tenent, quod sic, per illum
tex. Ego tamen ita distinguere.

Quadam est prorogatio, quæ fit per submissionem vnius ex litigantibus: vt quâdo maior vel equalis spõte se submittit iurisdictioni alicuius iudicis, conueniendo aduersarium suum coram eo: & tunc habet locum reuocatio, ita procedat d. l. est receptum. cum ibi no. & ratio patet: quia tunc procedit ratio dictæ l. cum l. papinianus. nã auctor submittere se, elegit illum iudicem pro se: nõ debet designari habere eundem iudicem contra se.

Quedam vero est prorogatio.
quæ fit de cõmuni cõsensu par-
tium iuxta l. si conuenerit. ff. de
iur. om. iud. & l. j. & ij. ff. de iud.
& l. j. C. de iur. om. iudi. & c. si
gnificasti. & ibi Abb. de for. cõp.

& coram tali iudice prorogato, dico quod non habet locum reuocatio: & licet non inueni-
rim de hoc decisione in termi-
nis: tamen per bona similia, po-
test decidi iste casus. Primo, q-
a cessat ratio dictæ l. cum Papi-
nam talis iudice prorogatus non
fuit electus ab actore solum sed
ab utroque. Secundo, per ea, quæ
dicimus in delegato electo de
communi consensu coram quo
non habet locum reuocatio,
per ea, quæ dixi supra in j. q. hu-
ius dist. Tertio, per ea, quæ di-
cimus de arbitro, coram quo ces-
sat reuocatio, eo quia de com-
muni consensu partium eligitur:
secundum Bar. in d. athen. & cō-
sequenter. in fi. & per ea, quæ
Ab. in c. cum dilectus de arbi.
cum ista distinctione intelligi
ea, quæ notantur in d. l. est rece-
ptum. maxime per Ias. ibi in fi.
col. ¶ Quarto quero, an coram
iudice appellatiōis habeat locū
reuocatio. Communis cōclu-
sio est, quod non: secundum Bar.
in d. athen. & consequenter. col.
fi. & ibi etiā Bal. col. iij. ver. que-
ro nunquid in causa & c. Intelli-
gendo scilicet, quādo iudex ap-
pellatiōis, adiutur ex necessitate
propter inuiriā, quā putat ap-
pellāti sibi esse factam. item re-
tinet Innoc. in c. j. de mutu. per. &
Bal. in l. per hanc. col. fi. C. de te-
po. app. & domini de Ro. in de-
cif. lxj. in antiquis. & Bal. in l. ij.
§. et quoq. ff. de iudi. & Spec. in
tit. de recon. §. nunc dicimus

ver. sed nunquid coram iudice. & mouetur per tex. in d. l. ij. §. ei quoque. & l. ad cognitionem. ff. ex quib. caus. in pos. eat. & l. ij. ff. eū. qui app. in prouin. de seu. 17
 Quod confirmo vrgenti ratioe.
 16 * Appellatio reducit causam de illum pristinum statum, in quo erat causa principalis post litē contest. rex. est & ibi Bar. & Bal. & communiter doct. in l. ita de mum. C. de procur. sed post litē contest. non habet locum reconuentionio, secundum communem opin. vt supra fuit dictū. ergo sequitur, quod corā iudice appellatio nō potest habere locū, scilicet vt fortiatur priuilegiū & naturā reconuentionis. Minime potest habere locum sine dicto priuilegio. quia iudex secundum causari, censetur in 18
 competēs quo ad primam causam: quæ non est ibi deuoluta parte inuita: vt tenet Bal. in d. l. per hanc colum. ff. & in d. auth. & consequen. col. ij. Limita tamen istam communem conclusionem procedere, quando appellatur post litem cōtest. puta a distincta sententia: quia tunc vrget ratio prædicta: Secus esset, si appellaretur ab aliqua interlocutoria ante litem contest. nā tunc distingui debet: Aut iudex appellatiois confirmauit primā interlocutoriam: & tunc ex quo causa remittitur iudici a quo, non habet locū reconuentionio coram iudice ad quē: ex quo minime causa conuentionis co-

ram eo remanet. Aut iudex appellatiois retractauit interlocutoriam pronūtiādo bene appellatum, & male iudicatum: & tunc ex quo etiā causa principalis deuoluitur ad iudicē appellatiois: vt est rex. in c. vt de bitus. & ibi Abb. colum. pe. & ff. de app. & ibi etiam Philip. plenē in pen. charta. & ff. & est text. & ibi per doct. in c. cordi. §. post hoc. & in c. cū appellatioibus. de app. lib. vj. & Bar. in l. eius. in ff. de app. recip. dicendum est tunc habere locum reconuentionem, ex quo sumus ante litē cōtestatā, & sumus in causa principali. Ita subtiliter considerando renuit Io. An. in c. j. de mutu. per. quem ibi sequitur Abb. in antepe. col. versic. ij. quæro. & c.
 19 * Secundū, limita prædictam conclusionem procedere in appellatione iudiciali. Secus est, quando appellatur extra iudicialiter: quia ex quo ille iudex tūc principaliter aditur, habebit coram eo locum reconuentionio. Ita tenet Spec. in tit. de reco. §. nūc dicamus. ver. sed nunquid curā. in si. quem sequitur Abb. in d. c. j. de mut. per. in pen. col. in prin. Et de materia huius appellatiois extra iudicialis, & in quibus differat a iudiciali: vide plenē per Abb. in c. bona memoria. col. j. & in d. app. & ibi etiā Philip. & in c. cum lit. eo. tit. 4
 Quin to quarto, vtrum corā iudicibus particularibus ad certa negotia vel personas deputatis per legem

gem vel statutum, habeat locū reconuentionio? Exemplum potest poni in iudicibus mercatorum, vel alterius artis seu negotij: de quibus loquitur l. sūa. C. de iur. omn. iudi. Similiter potest poni exemplum in iudicibus scholariū, qui habēt tres iudices speciales: vt i. auth. habita. C. ne fil. pro pa. super ista q. Ant. de Butr. in c. j. de mutu. per. tenet, quod non habet locum reconuentionio. sed Abb. ibi in pen. & ff. col. melius loquitur. Nam quo ad istos iudices mercatorum, & alios similes deputatos certo collegio, tenet indistincte, quod habet locum reconuentionio: quādo talis iudex eligitur per actore, & est ratio: quia eorum iurisdicctio est prorogabilis: vt sentit Bar. in l. j. ff. de iudic. vnde tantō facilius prorogatur per reconuentionē, secundū eum. Ego istud confirmo bona similitudine. Nam de legatus ad vnam causam specialem, extēdit suam iurisdicctiōē ad aliā causam per viam reconuentionis: vt dixi supra. in j. q. huius dist. Ergo eodē modo & isti iudices speciales: dato, quod sint deputati ad certam speciē causarum, debet eorum iurisdicctio extendi ad alias causas, per viā reconuentionis. Quo vero ad iudices scholariū, tenet Abb. in d. c. j. col. fin. quod si quis conuenit scholarem coram rectore, & scholaris patiatur ibi conueniri, poterit reconuenire actore coram eo. Si vero scholaris nō pa-

titur ibi conueniri, sed declinat forum, & petit se remitti ad episcopum: tunc coram episcopo non poterit actorem reconuenire: ex quo ille iudex non fuit electus per actore, sed p. ipsum scholarem conuēntum. vnde cessat ratio dictæ l. cū Papinianus. in fi. C. de sent. Et hanc opin. in effectu tenet Bal. in d. auth. habita. col. viij. versic. v. quæritur. & c. licet idem Bald. videatur tenere contrarium in d. authen. & consequenter in si. tamen opin. Abb. magis placet: cum fundetur per bonam rationē, scilicet prius in agēdo, & c. per d. l. cum Papinianus. ¶ Ad vnum tamē volo, quod aduertat hī, qui habent subtile ingenium, in quantum modō in hac questio. & plenius supra in j. q. huius dist. di xi, quod coram iudice delegato ad vnam causam particularem habet locū reconuentionio. hic insurgit difficile contrariū. delegatus habet iurisdicctiōē limitatā, & non extēdisibilem, nisi ad personas & causas in delegatiōe cōtēntas: adeo quod eius iurisdicctio non potest per alios prorogari. nec quo ad alias causas: quia quo ad alias causas & personas remanet priuatus. text. est & ibi Abb. in cap. P. & G. de offic. deleg. sed per reconuentionem prorogatur iurisdicctio iudicis: secundum Bal. in authen. & consequenter. col. ij. in princ. C. de sent. quia per eam fit coram petēs, qui nō erat: vt not. Spec.

in tit. de iud. deleg. §. sequitur. versic. item ad eius. & in titu. de cōp. iud. ad §. i. versic. nouus. & patet ad sensum per ea maxime, quæ dicimus in clerico reuocuentio coram iudice laico, ut infra dicam. Ergo corā delegato nō deberet habere locum reuocuentio: quia eius iurisdicōio prorogari non potest. ¶ Puto ad hoc contrariū posse responderi dupliciter. Primō, q̄ prorogatio iurisdicōionis potest cōsiderari duplici modo. Quodam enim est prorogatio volūtaria, & ista nō potest fieri coram delegato, ita loquitur dictum cap. P. & G. Quidam est prorogatio necessaria, quæ fit contra iuramentum ex necessitate legis: prout est illa, quæ fit per reuocuentio nem, & ita potest fieri: nam reuocuentio inducit quandam necessitatē reuocuentio, ut respondeat, coram iudice nō suo: & sic reuocuentus prorogatur iurisdicōioni non sponte: sed ex necessitate. Secundo modo potest responderi: quia causa racōutionis dicitur esse connexa cum causa conuentionis, quod patet, quia nō potest coram diuersis iudicibus ventilari, ut est text. in d. authen. & consequenter. & l. si idem cum eodem. §. quod si mutetur. ff. de iur. omni. iud. vnde ratione istius connexitatis, potest delegatus de ea cognoscere: maxime, quia agitur inter easdē personas: & causa reuocuentionis vult consequentiū ad cau-

sam conuentionis, & accessorie ita expresse tenet Abb. in d. c. j. colum. sexta. versic. item iurisdicōio prorogata, & c. de mut. peti. ¶ Sed quādo delegatur alicui aliqua causa principalis, censetur sibi delegata omnis causa, quæ venit accessorie & consequentiū ad illam causam delegatam: ut non Abb. in cap. v. de bitus. col. ix. in fin. versic. in glo. pe. & cap. de app. & ibi etiā Philipp. in vltima carta. versic. sed dubitatur, & c. per text. in prudentiam. in fin. de offic. delega. ¶ Sexto quaero, utrū coram iudice deputato ad certā speciem causarum, habeat locum reuocuentio de causa diuersa speciei. Exemplum in iudice causa rum criminaliū, an possit fieri reuocuentio de causa ciuili, & eōtrā. Coram iudice causarum ciuiliū, an possit fieri reuocuentio de causa criminali, vel liberali, vel de causa maioris summae, quam poterat cognoscere. gloss. in d. authen. & consequenter in gl. ij. tenet, quod sic, quam ibi sequitur Bald. per l. quoties. C. de iudi. & videtur probari in l. si idem cum eodem. §. quod si mutetur. ff. de iurisd. omni. iud. cōtrarium tenet Spec. in tit. de re. con. §. j. versic. aliquid si coram. & §. nunc dicamus. versic. & trado. Et hanc contrariam partem tenent Innoc. Hostien. Ioan. And. & Canonistae in d. c. j. de mut. peti. pro quibus facit ratio: quia prerogare iurisdicōiōē, est extendere

tendere eam: adeo q̄ eadem dicitur iurisdicōio prorogata, quæ prior erat. l. sed si maneat. ff. de pectore. vnde etiam in l. iij. in principi. ff. de damno infect. & sic quando tractamus de prerogatione iurisdicōionis, est necesse q̄ præsupponamus iurisdicōionem esse talem, qualem ille iudex, progarus habebat alias in suis subditos, i. similibus causis: alias prerogatio nō valet de tali causa, quam in suis subditos non poterat expedire: quia quo ad illam, caret omni iurisdicōione, & sic iurisdicōio, quæ nō est, non potest prorogari: ita tenet Alexan. in l. testamenta omnia. C. de testa. & Abb. in ca. P. & G. colum. antepen. versic. venio ad sextam, & c. de off. deleg. & Bar. in l. j. ver. venio ad tertiam, & c. ff. de iudic. vbi exemplificat in iudice malefactorum, cuius iurisdicōio nō potest prorogari, quo ad causas ciuiles: quia sunt causae diuersae speciei: & talis iurisdicōiōē nō habet in suis subditos. Et istam partē tenet Ang. in consil. clxx. colum. ij. versic. in causis, & c. Quid ergo erit tenendum? Bart. in d. authen. & consequenter. colum. ij. circa fin. facit vnam distinctionē inter causas, de quibus poterat fieri prerogatio, partibus volentibus: & de quibus non, ut ibi per eū. Et ipsum de verbo ad verbum sequitur Abb. in d. c. j. col. xij. ver. quæro secundo, & c. de mut. peti. & ante eū ista fuit originalis opi-

nio Iac. But. ¶ Ego autē reassumimus plenius iurisdicōiōē huius quæstio. per vnam ampliorē distinctionem, per quam habebuntur omnes vera conclusionēs, quæ possent cadere in hac materia: & dico sic: Aut iudex nō potest cognoscere de aliqua causa propter priuilegiū personæ litigantis: aut propter priuilegiū ipsius causæ: ut quia iurisdicōio est limitata iudici, quo ad certas causas tantum certæ speciei vel summae: ita quod ad alias causas diuersae speciei vel maioris summae se nō extendat. Primo casu, vera conclusio est, quod procedit reuocuentio: ex quo persona priuilegiata elegit illum iudicē pro se: debet eundem habere contra se, nō obstante eius priuilegio: quia natura causae id patitur. hoc probatur in l. est receptum iuncta gl. & ibi per Doct. ff. de iur. omni. iud. Probat etiam per id quod dicimus de clerico: nam iudex laicus nō cognoscit de causa clerici cōuenti propter priuilegium personæ. casu diligenti de foro comper. & tamen per viam reuocuentionis bene cognoscit: secūdo magis communem opi. quā infra tenebo. ¶ Secūdo casu principali, scilicet quando obstat priuilegiū causae distinguo aliter, quā dicit Barto. nam distinctio Bar. & Abb. implicat obsecritatē: dum dicit, aut est talis causa de qua potest iudex cognoscere partibus volentibus, aut non: quia

adhuc remanet dubium, quæ est illa causa. & Bartolus non clare declarat huiusmodi causas. vnde ego clarius distinguo sic: Aut causa de qua fit reconuentio, est de specie causarum, de quibus potest cognoscere iudex: differt tamen ab illis in sola quantitate: & sic per plus & minus: & tunc habet locum reconuentio. ita loquitur tex. in dicta l. si idem cum eod. §. quod si mutua: nam iudex pedaneus infimus, non cognoscit de causis civilibus, & de recentis aureis supra: vt in §. & indicare. in auth. de defens. ciui. & tamen per viam reconuentionis potest de illis cognoscere: vt d. §. quod si mutua: quia dato, quod sit maior causa, tamen est de specie causarum civilium, de quibus cognoscit: quia est causa pecuniaria, & de re ad rem: seu de quantitate ad quantitatem, potest fieri prorogatio iurisdictionis: secundum Abb. in dicto cap. P. & G. colum. iij. versic. venio ad secundum, & c. de offi. deleg. & est text. expressus in l. de qua re. §. ff. de iudi. tunc enim bene extenditur iurisdicção de simili causa ad similem. Aut causa, de qua fit reconuentio, est de specie aliarum causarum penitus separata ab illis, de quibus potest cognoscere. Exempli, si coram iudice causam criminali sit reconuentio de causa civili, vel coram iudice seculari sit reconuentio de causa spirituali, vel coram iudice pedaneo sit recon-

uentio de causa meri vel misti imperij, vel de causa liberali, de quibus causis non possit princeps latrunculator. ff. de iud. & l. ij. C. de peda. iudi. & tunc reconuentio locum non habet. Ita procedat opi. Caasonista. in d. cap. j. & hoc voluit in effectu Bart. in d. authen. & consequenter. & ratio est illa, quam supra tetigi per nos per Alexan. in d. l. testamenta omnia. C. de testa. & Abb. in d. ca. P. & G. colum. antepenult. ver. venio ad sextam quia cum in similibus causis non habeat iurisdictionem in suos subditos, & non potest iurisdicção, quæ non est, prorogari seu extendi: & ex consequenti minime per reconuentionem extenditur, quæ est speciei prorogationis: vt dicit Bal. in d. authen. & consequenter. col. ij. in prin. est etiam & alia ratio: quia huiusmodi causæ sunt præ iudiciales, & vna facit alij præiudicium: quia in vna proceditur, & in alia superfederetur: ergo non potest habere locum reconuentio cuius natura est, vt in vtraque causa æqualiter procedatur. & hanc rationem ponderat Bart. ibi & Abb. in d. c. j. col. ult. antep. in princip. de mutu. peti. ¶ Sed contra prædicta posset instari: nam iudex habet limitatam iurisdictionem, non potest cognoscere de causa diuersæ speciei, verum est principaliter, sed accessorie & incidenter bene potest: vt d. l. quotiens. C. de iud. & not.

not. Bald. & Paul. de Cast. in d. l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudi. & Bart. in l. interdictum. §. qui furem. ff. de fur. Sed causa reconuentionis venit incidere & accessorie ad causam conuentionis: vt dicit Abb. in d. ca. j. co. vj. versic. item iurisdicção, & c. de mut. peti. Ergo in omnibus prædictis exemplis debet habere locum reconuentio: ea ratione at teta, quia venit accessorie. istud videtur difficile contrarium, cui non reperio dari aliquod responsum per aliquem Doct. puto tamen posse sic respondere. ¶ Quando conceditur alicui iurisdicção ordinaria, censetur concessum omne id, sine quo iurisdicção illa explicari non potest: etiam si illud sit maius cõcessum dummodo de eadem sit speciei: ita tenet Bart. in l. ij. col. ij. circa finem. ff. de iur. omni iudic. vnde si coram iudice infimo vteretur quæstio de hereditate: & ex aduerso non per viam reconuentionis, sed per exceptionem opponatur quæstio status: ille iudex cognoscit de ea: quia aliis non posset decidere quæstione hereditatis, nisi prius cognoscere de causa status: & sic cognoscit, sed non pronuntiat super causa status, sed super hereditate. l. j. C. de ordi. iudi. vnde de isto incidenti & accessorio cognoscit ex potestate sibi data à lege: quia aliàs suam iurisdictionem in causâ pecuniaria explicare non posset: per dicta l. ij. & hoc est quod voluit innuere

Specu. in titu. de reconu. §. nunc dicamus. versic. & trado. dum respondet ad d. l. quoties. & ita procedit d. l. quotiens, quia illud est quoddam accessorium seu incidentis necessarium, sine quo non posset decidi causa principalis. vnde intrat iurisdictionem iudicis infimi, dato quod sit maius, quam sit sua iurisdicção ordinaria: ex quo est eiusdem speciei, intelligo quod ad hoc, scilicet, quia est simplicis iurisdictionis, sicut aliæ causæ pecuniariæ: secundum Bar. in l. imperium. co. si. ff. de iurisd. omni iudic. potest tamen dici diuersæ speciei: quia non est causa pecuniaria, sed liberalis & privilegiata: vt l. iij. in fi. C. de peda. iudic. Et ita declaro id, quod dixi supra, dum appellauimus hanc causam esse diuersæ speciei: ne videatur contrariari dictis Bar. in dicta l. ij. ff. de iur. omni iud. Sed si per viam reconuentionis vellet aliquis obicere quæstionem status coram iudice pedaneo, non ad effectum excipiendi: hoc non potest fieri: quia non potest ista reconuentio ire pari passu cum causa pecuniaria, ex quo est præiudicialis. Item, tunc ne ea posset iudex decidere causam conuentionis: quia non virget illa necessitas, de qua supra. & hæc fit prima conclusio, per quam est datu responsum ad d. l. quoties. ¶ Pono secundam conclusionem pro resolutione ad alia cõtraria: Quando incidens oritur ex eod. facto,

ex quo oritur principale: tunc iudex incidenter cognoscit de eo, dato quod sit diuerse speciei. ita loquitur dictum Bal. & Pau. de Cast. in d.l. soleus. §. latrunculator. ff. de iudi. & Inn. in c. cum oporteat. de accus. scilicet. quod iudex malefactorum incidenter eodem modo ad rei restitutionem: nam illud civile oritur ex eodem crimine, & sic iudex qui cognoscit principaliter de crimine, potest cognoscere de hoc incidenti civili, quod habet originem ex eodem fonte: sed reconuentio non habet originem ex eodem fonte: quia venit ex parte contraria. unde si tu accusas me de furto coram iudice malefactorum: ego reconuenio te ad decem ex causa mutui, vel ad aliud civile: istud habet originem ex diuerso fonte, merito iurisdictione non se extendit: cum sit quid separatum a causa principali conuentionis: & ideo cessat reconuentio, quia etiam prorogatio cessat: secundu Alex. in d. §. latrunculator. in addi. ad Bar. ultra quod viget alia ratio, scilicet preiudicii, propter quod non possent ambe cause simul decidi. Illud ergo, quod dicitur, quod iudex cognoscit incidenter de causa, de qua principaliter cognoscere non potest: intelligo, quando illud incidens erat tale, sine quo causa principalis non posset expediri, vel quid orientur ex eodem facto, ex quo oritur principale, per predicta.

Quæstio tertia principalis.

VENIO ad tertiam quæstionem principalem, quæ est, de quibus causis potest opponi seu fieri reconuentio. Et breuiter dico, quod regulariter de omnibus causis fieri potest, nisi quatenus reperiatur expresse prohibita. Necnō, §. quod exis. ff. ex qui. cau. maior. vnde expedit hanc materiam per aliquas dubitabiles quæstiones. **Primo** igitur quero, utrum quando imploratur officium iudicis, possit implorans coram eodem iudice reconueniri. **g. l. in l. sed si resistatur. ff. de iud. teneat q. non habet locum reconuentio. & illam sequitur Lud. Ro. ibi. & Ias. in l. ne quicquid. §. vbi decretum. co. pe. ff. de offic. proconsul. in contrarium tamen est veritas, & hæc contraria pars tenet Bar. in d. l. sed si resistatur. & Bar. in auth. & consequenter. co. fi. c. & Abb. in c. j. col. pe. versu. iij. quero de mut. petit. p. tenet in l. j. in fi. ff. de var. & extraord. cogn. & Spec. in titu. de recon. §. nunc dicamus. veru. sed nunquid habet locum, & c. **Quod intellige veru.** quando officium iudicis imploratur principaliter, ex quo tunc succedit in locu actionis. l. Quintus. ff. de annu. leg. & cap. fi. de offic. iudic. Secus, si incidenter imploratur: quia tunc non habet locum reconuentio. Ita communiter tenent Doct. in locis præallegatis, & Ias. in l. j. colum. vij. in principi. ff. de**

de iur. omn. iud. **Item** limita nisi officium iudicis imploratur super eo, quod requirit celeritatem: quia tunc suspenditur reconuentio, & expeditur causa requirentis celeritatem. ita dicit Bal. in rub. extr. de offi. iudic. fi. Non tamen intelligas, quod reconuentio tollatur in totum: quia imo procedit etiam in causis requirentibus celeritate, & in causis summaris, quo ad prorogandum iudicem, non tamen ut eadem sententia terminetur: quando una causa est ordinaria, & alia summaria. rex. est. & ibi Bal. in l. sed & hæ. §. non solum. ff. de procur. & not. Bar. in d. auth. & consequenter. col. pen. in fi. & Abb. in d. c. j. col. vij. de mut. tu. petit. **Item** limita notabiliter non procedere, quando officium iudicis imploratur, non in formam iudicii, sed per modum actus extrajudicialis: quia tunc non habet locum reconuentio. Exemplu, si petitur testamentu aperiri, vel donationem infirmu: vel si aliquis petit a iudice familiam, ut possit tute acquirere, & manutene sibi possessionem: vel aliud simile. ita tenet Bal. in c. j. col. fin. de contro. feud. apud pares. & Soci. in cōsil. clxvij. col. fi. versu. secundo concludo, & c. in ij. volu. **Et** ex hoc infero ad nouam practica in regno, quod si quis spoliatus ab aliqua persona ecclesiastica, intenteret remedium traditu per capitulum regni, quod incipit, omnis præda

tio, & aliud, ad regale fastigiu, & aliud, finis præcepti, charitas, adeu. do scilicet iudicem seculare, ut defendat ipsum a tali violentia, & possessionem restituat, in tali casu non habet locum reconuentio, ex quo iudex aditur non per viam ordinariam nec iudicalem, sed per viam defensionis extrajudicialis: ut plenè traditur in decis. ij. & deci. xxxij. col. Neapo. Et hæc limitatione repete ad sequentem quæstionem. **Secundo**, iuxta hoc quero, an i causis summaris habeat locum reconuentio. veritas dependet ab his, quæ modo dixi in quæstione præcedente, & breuiter dic. quod sic, sed quo ad prosecutionem sit hæc distinctio, videlicet, Aut ambe cause sunt summarie, & sine dubio procedit reconuentio. Aut una est summaria, alia plenaria, & tunc valet reconuentio, quo ad iudicem prorogandum, non tamen quo ad hoc, ut ambe cause eadem sententia terminentur, nisi partevolente. Ad hoc allega omnes decisiones supra modo allegatas, ut præcedenti quæstio. ante si. maxime Pal. in l. sed & hæ. §. non solum. ff. de proc. & ita debet intelligi, quod not. Spec. in titu. de reco. §. nunc dicamus. versu. sed nec habet, & Bart. in l. j. §. fin. ff. de var. & extraord. cog. & Bald. in l. & sine. versu. fi. & ideo dicit lex & c. ad Treb. **Tertio**, successiue quero, an in causis extrajudicialibus habeat locum reconuen-

hæreditare, si legatarius occupat possessionē vacantem, non cadit de iure suos sed tenetur per hoc interdictum restituere possessionem hærēdi, vt possit detrahere falcidiam, & deinde ipse debet hæredem conuenire. l. j. §. rediguntur. & ibi gl. ff. quorum leg. & Bar. in d. l. non est dubium. & dicit Bar. in d. l. j. in fi. illius prin. qd nō aliter datur hærēdi hæc actio: nisi quādo vult detrahere falcidiā. idem tenet Pet. Philip. Cor. in consi. xxxvj. col. antepe. in iij. vol. Et sic nota, vt scias libellare in hoc interdicto: de quo vide Abba. in d. c. pastoralis. col. iij. in princ. de causa poss. & proprier. & Spe. in ti. de test. §. nunc dicendum. verū quia. & ad hoc vt cōpetat hoc interdictū, est necesse, qd reus possideat titulo pro legato. l. j. §. quia autē. ff. quorum leg. ¶ Tertio, potest exemplificari possessorium adipiscendā in Saluiano interdicto, quod habet locum, quando conductus intulit bona in prædiū cōductū: nam illa inuecta & illata cessantur tacite obligata pro pessione domus cōductæ. l. itē quia. & ibi per docto. ff. de pact. & habetur plenē in §. item Seruiana. & ibi per lasinū de actio. Sed si conductus dicta bona inde extraheret, potest conueniri per dominū prædij conducti, remediū possessorio: scilicet per Saluianum interdictū, vt restituat possessionem dictorum bonorum

l. j.

ipfi

nō prodest ei antiquior possessio. ita tenet Philip. Decius, in consil. lviij. colum. si. & ex hoc fu me bonam practicam articulādi contra eum. quē suspicaris probaturū de antiquiori possessio.
 19 ne. ¶ Autem in illo possessorio retinendae admittatur articulus de proprietate? Dic q sic, quia nō dicitur impertines. imō pertinet ad causam: ex quo facit obtinere eum, qui probat de titulo, stantibus probationibus æqualibus. vnde non potest repelli. ita determinat Philip. Decius in consil. xlvij. colum. iij. in prin. ¶ Competit etiā hoc interdictum retinendae pro iuribus incorporalibus: puta pro seruicibus & annis praestationibus, in quibus agitur de quasi possessione: secundū Bar. in l. j. in prin. ff. vi possideris. & Bar. in l. ii. ff. quorū bon. & Spec. in tit. de causa poss. & propriet. §. j. ver. ceterū. & ver. si queritur. & per docto. in c. querelam. de elect. & Bal. in cōf. cccccc. in iij. vol. & Philip. Decius in consil. cxxxvj. co. j. ¶ Tertū principale possessorium est, quod appellatur recuperandae possessionis: in quo duo requiruntur copulatiue ad hoc vt cōpetat. Vnū videlicet quod actor quādoque possederit, & nunc à possessione ceciderit. Secundum, quod possessio sit penes aduersarium, vel q dolo deserit possidere. Idē, si non dolo, quādo sumus in interdito vnde vi: secundum Ab.

in c. sape. col. iij. de rest. spo. Prīmū probatur in c. cōsultationibus. & ibi Abb. in ij. not. de offi. dele. & idem Abb. in c. eum ad sedem. colum. vij. de rest. spol. & in c. olim. el. iij. in v. & vj. not. eo. ti. quod tamen intellige. scilicet vt possideat tempore spoliij. l. j. §. interdictum autem hoc. & §. hoc interdictum. ff. de vi & vi ar. aliās non sufficit probare olim possedisse, nisi praeisē tempore spoliij probetur: vt tenet Spec. in titu. depositio. §. vij. ver. si. secundū considerandum. Secundū probatur in l. cū à re. ff. de vi & vi arma. & per ea quae not. Bald. in l. si de proprietate. col. iij. circa fin. C. si à non competet iudi. Hoc tamen nūc succincte attingo in genere: quia melius declarabo infra: in singulis remediis possessionū ea, quae sunt specialiter requisita in eis. ¶ Sciendum igitur, quod in hoc possessorio recuperandae plura fuerūt remedia à iure introducta: de quibus singulis dispiramus: quia hic congruentius cadunt. ¶ Primum igitur remedium, fuit interdictum, vnde vi. de quo loquitur totus titulus. ff. de vi & vi arma. C. vnde vi. i. quo remedio prouidit praeior violenter spoliatis, vt recuperet possessionem suam: in quo interdicto ad hoc vt competat, plura requiruntur. Primū enim requiritur, q res, pro qua agitur, sit immobilis. l. j. §. & generaliter. & §. illud. ff. de vi & vi arma.

afirma. nā pro re mobili non cōpetit aliquod interdictum possessorium recuperandae: sed datur actio vi bonorum raptorū: datur etiā alia remedia possessoria, quae non sunt interdicta: de quibus habetur per Bar. Alexan. & docto. in l. rem. i. quae nobis. ff. de acquiren. pos. de quibus infra dicetur. Quod tamen intellige principaliter: sed accessorie datur hoc interdictum ad mobilia quae erant in illo loco, vnde quis expulsus est l. j. in princip. & §. si fundus ff. de vi & vi arma. & notat Alex. in l. vendicatio ff. de rei vendi. & habetur in l. si quando. C. vnde vi.
 23 ¶ Cōpetit etiā hoc interdictū pro iuribus incorporalibus, & annis praestationibus: secundū Bal. in consil. ccccxv. in iij. vol. ¶ Secundo requiritur, q sit illa violentia personae pro re: & sic, q quis sit violenter expulsus de possessione. l. j. §. j. & §. ff. de vi & vi ar. & Alex. in cōf. xciiiij. col. v. in v. vol. & l. j. §. qd sit vi. ff. quod vi aut clam. & hoc patet: quia interdictū hoc accipit denominationem à violentia: quia dicitur, vnde vi quis expulsus est, restitutum, & c. vnde vbi non interuenit violentia, non competit. sed nūquam dicitur committi violentia, nisi contra personam. vnde est necessē, q persona sit praesens: aliās nō diceretur committi violentia. ita declarat Pau. de Cast. in consil. ccv. col. j. in fi. in ij. vol. ¶ Sed quid

si aliquis nō fuit vi expulsus, sed suspicatur posse repelli: quo casu perdit possessionem emulā? l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acqui. pos. Dic, quod non competit sibi hoc interdictum, vnde vi. scilicet directum: sed vtile sic: interdictum gl. & Bart. in l. j. §. iuxta autem ff. de vi & vi ar. & Alexan. in addid. Bart. in l. j. §. interdictū. ff. vi post in adquiren. qz incipit. Et sic. ¶ Tertio requiritur, quod intēretur intra annum vtilem: nam elapso non cōpetit nisi ad id, quod peruenit ad deiectionem. l. vi pulsos. & ibi per docto. C. vnde vi & l. in prin. & §. annus. & ibi gloss. ff. de vi & vi ar. quod intellige agendo: sed excipiendo est ppetuū: secundum glo. in d. l. vi pulsos, per tex. in l. pure. §. fin. ff. de do. l. except. ¶ Quarto requiritur, quod deiectionis possideat tempore spoliij: vt d. l. j. §. interdictum autem hoc. ff. de vi & vi armata. & habetur in c. consultationibus. de offi. delega. & supra dixi.
 27 ¶ Quinto requiritur, quod in libello, in quo intētur hoc interdictū, exprimat locus & tempus spoliij: secundum Bar. in d. l. j. §. siue autem ff. de vi & vi arma. & Alex. in consil. xciiiij. col. v. in v. vo. & in consil. vj. col. j. in iij. vol. ¶ Sexto, requiritur, vt deponat contra eum, qui verē spoliatus: vnde si sit spoliatus, & possessio est penes alium, nō competit hoc interdictum cōtra illum tertium, qui non spoliatus. l. cum

l.cum à re. ff. de vi. & vi arma. & tener Alex. in consil. xciiij. co. vj. in v. volu. licet illa l.cum à re sit in v. volu. scilicet in regno. per consil. Circa violentiarum. de cuius intellectu dicitur infra. Ex hoc sequitur, quod contra singularem successorem spoliatoris, non datur hoc interdictum: secundum Inno. in c. cum ad fed. de resti. spoli. ubi est tex de hoc. & Bal. in l. j. circa fi. C. de reuoc. his, quæ in frau. credit. & Lanfr. in repet. rubric. de causa poss. & propriet. col. iij. in prima conclusione. Sed contra successorem vniuersalem bene competit, quatenus ad eum peruenit. l. j. si ff. de vi & vi arma. & habetur plenè per Abb. & doct. in c. quia. col. v. de iudi. heredi autè indistinctè competit. l. j. hoc interdictum. lo vltimo. ff. de vi & vi arma. & no. Abb. in c. significauerunt in 29 iij. not. de testi. ¶ Septimò requiritur, quod agens hoc interdictum, non possideat: vt d. l. j. si. nò alij autem. ff. de vi & vi armata. 30 ¶ Octauò & vltimò requiritur, quod tempore spolij verè possideat. vnde non sufficit, si detineat tantum: quia nò competit sibi hoc interdictum: sed habet alia remedia possessoria. Hinc dicimus, quod missus in possessionem ex primo decreto, si deiciatur, nò habet hoc interdictum. ex quo nò possideret: sed detinet tantum causa custodiæ. ita tener Spec. in titu. de primo & secundo decreto. §. iam de ef-

fectu. veris. sed quid si missus. & idem Spec. in tit. de eo, qui mis. 31 in poss. ver. porro. ¶ Secundum principale remediū in possessorio recuperandæ est condictio triticaria: quæ datur ad possessionem, quādo, quis est deiectus per vim de possessione sua. l. ij. ff. de condi. triticar. & sic requiritur, quod cum vitio res vadat ad spoliantem. secundum Alex. in l. rem, quæ nobis. col. iij. in fi. ff. de acqui. poss. Item requiritur, quod verè possideat: nec sufficit si detinet: secundum Barto. in l. & ideò. §. Neratius. ff. de condi. fur. dummodo nulli ius habeat in re, vt creditor: quia tunc datur condictio incerti: secundū cum. Et datur hæc condictio etiā domino, qui possessione priuatus est: secundum gl. in d. l. ij. ff. de conditio. triticar. non autem datur contra titulum possidentem: etiā si actor titulum habeat: quia in pari causa melior est conditio possidentis. ita per hanc rationem dixit Alex. in d. l. re, quæ nobis. col. iij. in fi. & sic videatur, quod hæc condictio triticaria concurrat cum interdicto, vnde vi. & prædicta etiam tangit Barto. in l. fi. §. sed cum in secunda. C. de fur. ¶ Tercium remedium est, condictio incerti: quæ competit ad recuperandam possessionem ei, qui nò est dominus sed habet ius in re: vt quia est creditor, & habet rem obligatam, quā possidebat: & fuit spoliatus: nam ad eam recuperandam habet

habet condictionem incerti. Causus est in l. & ideò. §. Neratius. & ibi Barto. ff. de condi. fur. & idē Barto. in l. fi. §. sed cum in secunda. C. de fur. & in d. l. re, quæ nobis. & ibi etiam Alexan. in fecū. 33 d. col. ¶ Quartum remedium est, conditio indebiti: quæ datur vbiçūque quis indebitè soluit rem alienam, cuius ipse erat possessor: & quia tunc non potest cōdicere proprietatē, quam non transulit: concedit possessionem. casus est in l. indebiti. §. sed si numi. ff. de condit. indebiti. competit etiam hoc remedium, quando minor vel ecclesia contraxit alienando sine solennitatibus: nam transfertur possessio ex cōtractu in titulum. l. prima. §. si vir. ff. de acquire. poss. & ibi per Barto. Alexan. & doct. vnde poterit illa possessio condici per conditionem indebiti: secundum Barto. in dicto §. sed si numeri. ¶ Quintum remedium est actio infacti: quæ datur detentatori, qui non possidet, sed detinet. vnde ad recuperandam suā detractionem, habet actionem in factum, quando fuit detractione priuatus: secundum Barto. in d. l. fi. §. sed cum in secunda. C. de fur. & in d. §. Neratius. & in d. l. rem, quæ nobis. & de hoc remedio loquitur Lanfran. in repet. rubricæ, de causa poss. & propriet. col. iij. in princ. in quæ. 35 ta conclusione. ¶ Sextum remedium est, officium iudicis quod similiter datur ei, qui nò possi-

det, sed detinet: vt est commodarius, & depositarius. l. officium. ff. de rei vend. qui si cadit ab eorū detractione, quia nullum remediū habet, est sibi indultum in subsidium, vt possint implorare officium iudicis ad recuperandam eorū detractionē nē maxime cōtra virosos possessores. Casus est in l. & non tantum. & ibi Barto. ff. de perit. hære. & glo. fi. & ibi Bar. in l. Aquisilius. Regul. ff. de dona. & in d. §. Neratius. & Bar. & Alexan. in 36 d. l. rem, quæ nobis. ¶ Septimū remedium est, ex æquitate. l. i. me & Titium. ff. si certum petat. quod competit, quādo res mea peruenit ad te titulo lucrativo: & æquum est eam mihi reddi: & quod solum habear locū in tit. lucrativo, tener ibi Bar. quæ sequitur Alex. in d. l. rem, quæ nobis. col. iij. Item loquitur, quando quis sine iusta causa ceciderit a possessione vt probat ibi text. item datur habenti bonam fidem secundum Barto. in l. si coloni. C. de agric. & cens. libro vnde. 37 cimo. ¶ Octauum remedium est, conditio ex dicta l. si coloni. quod ad hoc, vt cōpetat, tria requiruntur. Duo scilicet ex parte actōis: & vnum ex parte rei. Ex parte actōis requiritur, quod bona fide possessor: vt dicit text. in d. l. si coloni. in vers. bona fide. Secūdo requiritur, quod sine iusta causa ceciderit a possessione: vt probatur ibidem. Ad loquitur de amissione possessionis.

ais per fugā. Tertiū requiritur ex parte rei, quod res perueniret ad eū cū vitio: vt d.l. si coloni. ibi. fugā vitio, & c. & ibi ista colligit Bart. idem tenet Bar. in d.l. rem, quæ nobis. ff. de acqui. posses. & ibi etiā Alex. in ij. col. & Alexā. in consil. xcij. col. vj. in quinto vol. & Lanfran. in rubrica de causa poss. & propriet. colum. ij. in tertia conclusionē. & loquitur proprie ille text. de re affecta vitio reals, scilicet de
38 fugā: quæ apparet furto. * Nā ferus fugies, facit fortū suipfius. l. j. C. de feris fugiti, & no. Alexan. in d.l. rem, quæ nobis. colum. ij. & glo. in l. in ciuile. C. de furt. & vide Abb. in c. sepe. col. ij. de restit. spoliatō. qui videtur velle restringere illū text. solum, quando agitur ad rē animatam, idem sentit Per. Philip. Corn. in consil. lxxv. colū. penul. in prin. in secundo vol. tamen magis communis opin. est in contrarium, scilicet, quod remediū d.l. si coloni extēdatur generaliter ad omnes res, etiam inanimatas, vt colligitur ex dictis In nocen. & Ioan. de Imo. in d. cap. sepe. & Ale. in consil. xc. in prin. in quinto volumi. vbi agebatur de spolio cuiusdā terræ: & nihilominus dixit Alexand. competere remediū dictæ l. si coloni. ergo extēditur etiam ad bona stabilia, quæ sunt inanimata. Et omnia ista remedia predicta, præter interdictū, vnde vi, compētiunt etiam pro re mobili

li: secundum Bart. in d.l. si sed cum in secunda. C. de fur. & in d.l. rē, quæ nobis. & ibi etiā Alexand. in ij. colum. & Bart. in l. indebiti. §. sed si nūmi in prima op. ff. de condit. indeb. Differt autem hoc remediū l. si coloni. ab interdicto, vnde vi, quia illud datur male fidei possessori, etiam prædoni deiecto: istud verò non datur nisi bonæ fidei possessori: vt no. Lucas de Penna in d.l. si coloni. col. vj. in fine. versū. secūdo queritur, &c.
39 * Nonum remediū est, conditio ex l. auctoritatem. C. vnde vi. quæ cōpetit, quando aliquis spoliatur aliquem sua possessione per vim: & deinde impetrat rescriptū a principe pro iustificata sibi dicta possessione violenta: nam non obstante rescripto impetrato, tenetur ante omnia restituere possessionē condictione ex illa l. secundum Bar. ibi. qui exemplificat etiam in occupante. * Decimum remediū est, conditio ex l. me minerint. C. vnde vi. quæ cōpetit, quando aliquis auctoritate rescripti impetrati vel sententię late inuadit possessionem alienam propria auctoritate: nam cadit a iure suo, si quid habet: & tenetur restituere possessionē condictione ex illa l. si fuerit tutor vel curator, deportatur perpetuò: & bonæ eius publicatur: & possessio nihilominus restituitur: vt ibi habetur. Et differt à præcedēti: quia

quia ibi prius spoliatur, & postea impetrat rescriptū: hic secus. * Vndecimū remediū est, conditio ex l. si quis condictionis. C. loca. quæ cōmpetit locatori pereti sibi restitui rem conditā finita locatione. nam si conductor vult sibi referre quæstionē dominij, debet ante omnia sibi restituere possessionem, per condictionem ex illa l. & deinde super proprietate litigare: & datur conditio ex illa l. directa in contractu locationis tantum: sed utilis datur pro omnibus contrahibus, in quibus quis alieno nomine detinet: secundū Bart. in l. commodare. ff. commo. & Alex. plenē in l. si alienā col. ij. ff. sol. mati. de cuius intellectu loquitur Alex. in l. si aliquam. circa fi. ff. de acqui. poss. vbi ponit, quod non datur remediū illius
40 quando locatio fuit nulla: vel quando notoriè potest excipi de dominio. * Duodecimū remediū est, de linuafor. C. vnde vi. quod remediū est nouum: secundum Bar. ibi. & cōpetit, quando quis sine dolo occupat possessionem vacatē rei alienæ: nam potest dominus agere condictione ex illa lege: tenetur ei occupator restituere possessionem, & in hoc cōsistit speculitas illius. Quia per eam datur remediū possessorum ei, qui non possidebat tempore inuafionis: quia possessio erat vacans. & ideo dixi, sine dolo: q. si dolo occupasset, tunc compete-

ret remediū l. si. C. vnde vi. & dicit Bar. in d. l. linuafor. in fine.
43 * Tertiumdecimū remediū est, conditio ex l. si quis in tantam. C. vnde vi. quæ cōpetit, quando aliquis propria auctoritate ingreditur violenter possessionē penes alium constitutam: nam si quidē ipse inuafor erat dominus, cadit a iure suo, & possessionē restituit: si verò non erat dominus, restituit possessionē cum estimatione ipsius rei, condictione ex illa l. cum qua cōcordat l. exat. ff. quod metus causa. Hodie tamē in regno illa l. si quis in tantam. est correcta per consil. violentias, in eo, quod punit inuaforem ad amissionē iuris sui, & ad estimationem rei: nam per illam constituitur punitur solum ad mediātem estimationis, & non vltra.
44 * Quartumdecimū remediū est, conditio ex l. conductores. C. loca. & l. non ab re. C. vnde vi. vbi habetur, quod possidens rē alieno nomine, vt conductor vel precarius, si fuerit cōuentus ad rei restitutionem, & voluerit litem inferre: & non restituere ante sententiam, cōdemnatur vigore dictarū legū ad rei restitutionē, & ad estimationem ipsius, vt ibi habetur: & istud nouū continet plus, quàm habetur in l. si quis condictionis. C. locati. hoc remediū, scilicet quia vltra rem facit cōsequi estimationē. * Quintumdecimū remediū est, conditio ex l. cum

à te. ff. de vi & vi armata. vbi si tu spoliast me per vim, & alius simili te per vim spoliast, nō ago contra illum, qui spoliast me: sed ago contra te, qui spoliast me: (licet non possideas) interdicto vnde vi. Verum in regno illa l. est correpta per cōsili. Circa violentiā, per quam datur electio spoliato, vel agendi ad interesse contra spoliatorem non possidentem, vel eius heredem, vel contra possessorem ad rei restitutionem. ¶ **Decimum** remedium est, conditio ex l. si C. vnde vi, quæ datur contra eum, qui dolose occupavit possessionem rei alienæ vacantem: nam per talem occupationem res officitur quasi violenta, & sic vitiosus: secūdm Bartol. ibi. & datur hoc remedium infra xxx. annos tantum: vt ibidem in fin. & datur iam pro re mobili, quā immobili: secundum Bartol. ibidem. & Ale in l. rem. quæ nobis. col. ij. ff. de acquir. poss. vnde tenetur conditioe ex illa l. ad restitutionem, & differt à linuafor. e. ti. quia illa loquitur in occupatæ sine dolo: vt dixi suprà. in duodecimo remedio possessorio.

¶ **Decimum** septimum remedium est, conditio ex capi. sepe de rest. spol. quod fuit valde necessarium. Competit enim contra quemlibet tertium possessorē, qui nō spoliast: sed, sciēter habuit rem à spoliante sciēs rem esse vitiosam: nam tenetur ad restitutionē conditioe ex illa

decretali, & requiritur omnino scientiā: vt dixi. aliā nō compe-teret: vt not. Lanfr. in rep. rub. de causā poss. & propr. col. ii. in secunda conclusionē. & Abb. in d. c. lape. col. iij. ver. nunc quero, & c. Et per illud capitulū est positum ad id, quod antē deficiēbat. per d. l. cum à te. ff. de vi & vi arma. ¶ **Decimum** octauū remedium est, ex dispositione et sic quēd. de restitut. spol. lib. vj. per quod est inducta pulchra & notabilis provisio. Nam si aliquis violēter spoliast me, possessio ne alicui rei: & postea cōueniē me in iudicio super alia re vel actione: vel me criminaliter accusat de aliqua iniuria: possum ego opponere ei exceptionem spoliatiōis illius rei: & petere, quod nō audiat in actione vel accusatione sua: nisi prius restituat mihi illam possessionē: & sic vigore illius cap. frequēs. denegatur sibi audiētia, nisi prius restituat. Verū prius datur terminus quidecim dierū spoliato cōueniēto ad probandū spoliū: & interim super sedetur in causa mota per actōrē: quo probato debet fieri restitutio: aliā nō proceditur in sua actione vel accusatione. Super hoc tamen adhibetur ista distinctio: quia si quidem actor agit cum herede, potest sibi opponi exceptio illius spoliatiōis: ita demum si ipse actor fuit, q. spoliast: & sic qui potest cōueniri interdicto, vnde vi secus, si ipse nō spoliast: sed est

est tertius possessor: quia non opponitur sibi dicta exceptio. Si verō agit criminaliter, & tunc etiam si nō spoliast, sed est tertius possessor, opponitur sibi dicta exceptio, dummodo spoliū sit tūc de omnibus bonis ipsius cōueniēti, vel saltem de maiori parte bonorum. Ita hæc omnia traduntur in tex. d. c. frequēs. & ibi Gemi in iij. col. & in c. si de ord. cog. & Abb. in c. literis. col. si de restit. spol. & in c. cum dilectus. & ibi Abb. in iij. co. de ord. cog. ¶ Et de intellectu illius cap. frequēs. traditur plenē in decisio. xix. consil. Neap. & per Iac. & Docto. in l. si te bonis C. de iure delib. & per Soc. in consil. xij. col. iij. in j. vol. & fuit dictum plenē suprà in vj. dist. principali i. iij. quæst. ¶ **Decimum** nonū remedium est, conditio ex c. reintegranda. iij. q. i. quod est plenissimum remedium, & magis generale: & vtilius inter omnia remedia possessoria: & concurrit cum omnibus aliis remediis: secūdm Lanfr. in rub. de causā possell. & propr. col. iij. in iij. conclusionē. vbi etiā dicit cautelam pro libellante in possessorio recuperando: vt in fine libelli deducat conditioe ex c. reintegranda. Et q. concurrat cum aliis remediis possessoris, tenet Alex. in consil. xciiij. col. si in v. vol. & Abb. in c. cum ad sedem. col. x. in princip. de rest. spol. Et datur istud remedium non solum pro rebus clericorum vel ecclesiæ: sed etiā pro rebus

laicorū generaliter: siue mobilibus siue immobilibus: & ista est communis conclusio, quæ seruatur in practica: quā tener Lanfr. vbi supra, & Alex. in consil. iij. in prin. in j. vol. & idem Alex. i. d. l. rem. quæ nobis. co. v. ff. de acquir. poss. & in consil. xciiij. col. si in v. vol. & in cōs. xcviij. col. ij. versic. & ex forma, & c. in iij. vol. & habetur plenē per Soc. in d. l. rem. quæ nobis. vbi plenius quā alibi tractat materiā dicti c. reintegranda. per xij. q. principales. quāuis cōtrariū & malē teneat Abb. in c. cum ad sedē. col. x. circa si & in c. lape. col. iij. in prin. de restit. spol. Competit autē dictum remedium generaliter, ei qui sine iusta causa cecidit à possessione, quæ peruenit ad alium siue bona, siue mala fide, siue sciētē, siue ignorātē, siue cum vitio, siue sine vitio. siue cum titulo, siue non & sic datur etiam cōtra titulo possidentem: & iste cōuersus & cōmunis intellectus, quem posuit Abb. in d. c. cum ad sedem. col. x. & Innocen. in cap. querelam de elect. & Alexan. in dicto consil. xciiij. colum. si in v. vol. & consil. vj. colum. iij. versic. & ad hoc. & col. v. in fin. in iij. vol. licet Bartol. in d. l. rem. quæ nobis. teneat, quod non datur cōtra titulo possidentē. & idem Bartol. in l. si. sed cum in secundum ad sedem. col. x. in princip. de rest. spol. & Alexan. in cōs. xcviij. in principio iij. volu. per ea, quæ habetur in l. siue autem. §. si duobus. ff. de publicia. Tamē

veritas, & magis communis con-
clusio est in cōtrarium, vt supra:
quam etiam tenet Alex. in cōfi.
cxvij. colum. ij. in secundo volu.
& cōfi. xcj. col. fin. in v. vol. vbi
dicit communem opi. esse con-
tra Bartol. in d. l. rem. que nobis.
& idem Alex. in cōfi. xcij. col.
ij. in fin. & colum. iij. in v. vol.
& habetur per Matthe. in decisio.
ccclxj. cōfi. Neapo. colum. pen-
nulti. & Abba. in c. si diligēti. de
præfcri. Compētit etiam hoc
remedium male fidei possessoris
secundum Alexan. in cōfi. vj.
col. iij. versic. & ad hoc. in fin. &
col. iij. versic. præterea. in iij. vol.
& Alex. in cōfi. cxvij. col. ij. in ij.
vol. & Socin. in d. l. rem. que no-
bis. colum. vj. versic. iij. & in hoc
est pinguius, quā remedium l.
si coloni. C. de agrico. & censit.
libro xj. quia illud datur itātum
bonæ fidei possessoris. vt dixi su-
pra in octauo remedio. Item il-
lud datur, quando res peruenit
ad aliquem cum vitio, vt ibi:
illud autē etiā sine vitio. Item,
est pinguius quā interdīctum
vnde vi. quia illud requirit vio-
lentia: istud non. Item, illud da-
tur itātū ad res immobiles: istud
verō etiam ad mobiles, & ad iu-
ra incorporalia. vt declarat Soc.
in dicta l. rem. que nobis. co. xj.
versic. circa quintam. Item, illud
non datur contra singularem suc-
cessorem: vt l. cum a te. ff. de vi
& vi armata, istud verō datur
contra quilibet possessorem:
secundum Socin. in d. l. rem. que

nobis. col. ix. versic. circa quar-
tam. Item, est pinguius, quā re-
medium. c. s. p. de restit. spolia.
quia illud datur contra tertium
possessorē cum vitio: istud etiā
singularem. Item, istud remedium
durat perpetuū, & non præclu-
ditur anno, sed durat triginta:
secūdum Socin. in d. l. rem. que
nobis. colum. xij. in fi. ver. circa
octauam. & Ant. de But. & Doct.
in c. sollicitē. de restit. spolia. &
Alex. in cōfi. vj. col. v. in iij. vol.
¶ Vicesimum remediū est, con-
dictio ex l. fin. C. de acquir. poss.
per quam est inductum, quod si
is, qui alieno nomine possidet,
alienat rem in alium, & sic pos-
sessionem interuertit alienādō,
potest dominus reuocare pos-
sessionem in tertio possessore,
condictione ex illa lege. Ex qua
est inducta illa practica quoti-
diana, qua vitium in regno, sci-
licet de petitione assistentiæ con-
tra tertium possessorem. Nam
quando debitor obligat omnia
bona sua cum potestate capien-
di propria autoritate, iuxta l.
creditorēs. C. de pig. & cum con-
suetudine precarij, per huiusmo-
di constitutum transfert posses-
sionem in creditorē: vt habetur
in l. quod meo. & l. interdum. ff.
de acquir. posses. Si postea debi-
tor alienat aliquā de rebus suis
hypotheccatis: cōsequitur interuer-
tere possessionē creditoris. Vnde
creditor agit assistentia contra
tertium possessore super illa
re alienata condictione ex d. l. fi.
ad

ad recuperandam possessionem
suam. & in hoc non requiritur
aliqua excusio debitoris prin-
cipalis, propter dictū precariū.
Vt tenet Imo. Lud. Ro. & Alex.
in l. exitus cōtrouerfiæ. ff. de ac-
quiren. poss. & Bal. in d. l. fi. co. j.
C. de acquiren. poss. & de hoc in
regno extat regia pragmatica,
52 quæ incipit, Assistentiam. * Resul-
tat autem magnauilitas ex d. l. fi.
fin. quia si creditor vellet agere
actione hypothecaria cōtra ter-
tium possessorem, excluderetur
præscriptio decem vel vigin-
ti annorū, per tex. in l. j. & iij. C.
si aduersus. credito. in vij. lib. C.
de quarum legum intellectu, vi
de Alex. in cōfi. lvij. col. fin. in
quinto volumi. sed quando agit
assistentia per condictionem ex
dicta l. fin. requiruntur triginta
annit ex eo, quia est actio perso-
nalis in rem scripta, cōtra quam
non præscribitur minori spacio
triginta annorū. l. sicut. & l. o-
mnes. C. de præscriptio. triginta
54 ann. ita de hoc est decisio cxxxix.
cōfi. Neapol. vbi deciditur iste
casus in terminis: vnde sequitur
conclusio, quod creditor potest
agere assistentia cōtra tertium
possessorem vsque ad triginta
annos. Et prædicta intelligitur,
quando is, qui alieno nomine
possidet, interuertit possessio-
nem alienando tantum, & non
alio modo. gloss. est & ibi Alex.
in l. qui vniuersas. §. fi. ff. de ac-
quirenda possessione. ¶ Vicesi-
mum primum remediū in re

gno, est condictio ex constitu-
tione regni, quæ incipit, Circa
violentiarum. Per quam est no-
uitur inductum, quod quādo de
iector cecidit a possessione, est
in arbitrio expulsi agere con-
tra ipsum deiectorem, vel eius
heredē ad interesse: dato quod
non possideat: vel agere contra
possessorem (etiam si ad mille
manus transierit possessio) p
illius recuperatione: siue fuerit
possessor in bona fide, siue in
mala: vt ibi habetur. Et sic per
dictam cōfi. corriguntur duæ
leges iuris cōmūis, videlicet,
l. cum a te. ff. de vi & vi. arm. que
prohibebat dari remediū pos-
sessorium cōtra singularem suc-
cessorem. Secundo corrigitur
capitulum s. p. de restit. spolia. p
quod dabatur iudicium contra
singularem successorem malæ fi-
dei tantum, & non bonæ fidei.
vnde dicta cōfi. videtur habe-
re plenius ac pinguius reme-
54 diū: sicut c. reintegranda. ¶ Vicesi-
mum secundū remediū in
regno est, per tria capitula re-
gni, quorū vnum incipit, Omnis
peditio. aliud incipit, Ad regale
fastigium. & aliud incipit, Fi-
nis præcepti. charitas. quibz no-
uitur est inductum, quod quan-
do clericus vel alia ecclesiastica
persona spoliaret aliquem laicū
sua possessione: potest ille lai-
cus adire iudicē secularē, & im-
plorare officiū suū super eius
defensione: vt per viam extra-
iudicalem assintat ad defenden-

dum ipsum, & restituit eum in sua possessione. Qui iudex facit suam citationem per edictum, & quicunque sua putaverit interesse, compareat infra talem terminum, visurus iuramentum restitutum, & allegaturus quicquid dicere & allegare voluerit, quare ille spoliatus non debeat restitui: & si accipiat informationem de iuribus spoliati per quandam viam extrajudicalem, & summariam, & si cõperit qualiter fuit indubitè spoliatus, restituet eum in sua pristina possessione: ut habetur in d.c. & est nova prouisio & notabilis. Nec potest dici, quod clericus citatur coram iudice seculari: quia quando citatur, si sua putaverit interesse, tunc comparere dicitur, & sic sua cõparatio est voluntaria, non necessaria, secundum Bal. in testamenta omnia, & ibi etiam Alex. in fi. & Pau. de Ca. c. de testa. & habetur plenè in deci. ij. & deci. xxiii. consil. Neapo. & per Eueam de penna in l. si coloni. colantepulcrit. & p. c. de agri. & c. lib. ix. in quibus locis plenè tractatur de intellectu doctorum capitulorum regni. Rober. Marata Venn. V. I. D.

Iudiciorum octaua distinctio.

- 1 Iudicium aliud competens, & aliud incompetens.
- 2 Iudex competens qui dicitur, & qui incompetens. & ex quibus causis cognoscitur.

Iudex incompetens, respectu causae principalis, potest esse competens quoad accessoria, quia ad expensis potest condemnare.
Clericus inuentus de nocte in prostibulo vel in alio crimine, capere potest per familiam iudicis secularis, & duci ad episcopum.

Clericus succumbens coram iudice laico, potest per eum ad expensis condemnari.

Octaua principalis distinctio iudiciorum est. quia iudicium aliud competens, aliud incompetens. Iudicium competens dicitur illud, quod venturum coram iudice cõpetenti. Dicitur autem iudex competens, qui habet iurisdictionem, & eius exercitiū super litigantes: ut declarat Cardina. & c. ij. & iij. questio ut licet. pend. etiam si possit eius iurisdictione elidi per exceptionem, secundum gl. & Card. ibidem. Iudiciū verò incompetens dicitur, quod tractatur coram iudice incompetente: de quo habetur in toto tit. C. si a nō compe. iud. Dicitur autem iudex incompetens, non solum respectu defectus iurisdictionis, sed etiam ex quampulcris causis: de quibus per Card. in d. cle. ij. in iij. q. vbi vide. ¶ Sunt autem multi casus in quibus ratio ne alicuius causae specialis iudex aliis incompetens, efficitur cõpetens, & quis sortitur forum iudicis non suae quibus casibus specialibus tractat plenè Spec. in tit. de comp. iudi. ad l. §. vbi cumulat quinquaginta duos casus. &

Iudiciorum nona distinctio.

Iudicium aliud ordinariū & aliud summariū.

Causae summariae quot modis dici possunt.

Princeps solus & non inferior, causam summariam committere potest.

Supplicans causam summariam committit, & princeps dicit, audiat talis, & iustitiam faciat. an summarie impetrasse videatur.

Princeps non censetur causam summariam committere, nisi expresse dicat.

Clausula fiat ut petatur, in rescripto posita, quid in potest.

Absolutio simpliciter cõcessa a pluribus excommunicationibus, ad omnes refertur.

Et idè in eo, qui temerè adit iudicem incompetenti: quia potest ab eo cõdemnari in expensis & interesse, ita tenet Fel. in c. j. col. iij. de iudi. & Abb. in c. dilectus. l. iij. col. j. de prob. & l. oia. de ana. in cap. super eod. col. j. de cri. fal. vbi etiam agit.

Citatio est iuris naturalis.

Probatioes sunt de iure diuino.

Verba sine figura iudicij, quid importent. & ponitur intellectus iurium municipalium regni. & m. 12.

Libellus non requiritur, vbi proceditur sine figura iudicij, sed requiritur talis qualis petitio, quae est de iure naturalis. & cõmitti nō potest. et m. 13.

Libellus generalis & incertus, am adhibetur, vbi sine figura iudicij proceditur.

Libellus ineptus procedit, vbi proceditur sine figura iudicij.

Copia prima petitionis, datur reo sumptibus actoris in regno.

Libellus procedit in regno, etiā si petatur solum cogi & cõpelli. Idem.

m 4 si agat

sus. & plenius per Maria. Soci. in rub. extra de fo. cõpe. Quos breuitatis causa hic non repeto: sed ad dicta per eos me remitto. quia potius esset eorum dicta transcribere, quàm aliquid noui dicere. ¶ Vnum tamè scias, quod est notandum in practica, quod licet iudex incompetens respectu causae principalis fuerit, tamen potest se intrinicare quoad accessoria. vnde si quis impetrat aliquem delegatum per falsum rescriptum, licet ille sit iudex incompetens: quia rescriptum falsum non potuit sibi dare iurisdictionem: tamè potest illum impetranter condemnare in expensis, & etiā ipsum carcerare. ¶ Et idè in eo, qui temerè adit iudicem incompetenti: quia potest ab eo cõdemnari in expensis & interesse, ita tenet Fel. in c. j. col. iij. de iudi. & Abb. in c. dilectus. l. iij. col. j. de prob. & l. oia. de ana. in cap. super eod. col. j. de cri. fal. vbi etiam agit. ¶ An familia iudicis secularis possit capere clericum receptum de nocte in prostibulo, vel in alio crimine, & ducere eum ad episcopum? & teneat quod sic. ¶ Idem dicimus in clerico vocante laicum in ius coram iudice laico: quia si succumbit, cõdemnatur in expensis per iudicem laicum: ita tenet Fely. in cap. at si clerici. col. m. vj. in fin. & ibi etiam Io. de Imo. de iudi. & aliàs dixi supra. Rober. Marata V. I. D.

- si agitur ex una causa, & probetur de alia, nr. 17.
- 28 Libellus in regno non requiritur in ciuilibus: imo causa potest incipere ab articulis.
- 29 Ferie inducunt ad honorem hominum, & ferie mesium & vindemiarum, non seruantur in regno.
- 30 Litis contestatio non requiritur in causis ciuilibus in regno: sed actus ille, qui immediate sequitur, habet vim liti contestationis.
- 31 Dilationes sunt breuiandi inquantum fieri possunt in causis summarijs.
- 32 Publicatio non requiritur in causis summarijs, et an in causis ordinarijs dicatur de substantia cause vel de iustitia.
- 33 Conclusio non requiritur in causis summarijs.
- 34 Conclusio in ordinarijs an sit substantia processus.
- 35 Sententia, qua iudex condemnat dominum, & non procuratorem litigantem pro domino, valet.
- 36 Iudex non habet necesse pronuntiare super incidenti in causis summarijs, sed potest illud decidere una cum principali.
- 37 Sententia lata in causis summarijs pro absente non citato, valet.
- 38 Iudex an & quando possit interrogare principalem, & testes, etiam ad instantiam partis, post conclusionem in causa, in ordinarijs. Et quid in summarijs. nume. 30. & 31.
- 39 Iuramentum suppletorium d. ferri non debet post conclusionem in causa, ad instantiam partis, nisi ante petitum fuerit, sic ex iudicis officio.
- 32 Clausula, sola facti veritate inspe-

- ctis, quid importet.
- 33 Sententia potest ferri non conformis libello, ubi proceditur sola facti veritate inspecta.
- 34 Testes assignantes causam non concludent, fidem faciunt in summarijs causis. Idem est in testibus infamibus, & aliis a iure reprobatis.
- 35 Iudex ferre potest sententiam diffinitiuam stando, ubi sola veritate facti inspecta proceditur.
- 36 Sententia diffinitiuam fertur contra contumacem, etiam licet non contestata in causis summarijs.
- 37 Sententia ferri debet in scriptis, etiam in summarijs.
- 38 Legitimum personarum semper requiritur in causis etiam summarijs.
- 39 Clausula, sola facti veritate inspecta, intelligitur de tali veritate, cuius patrocinatur.
- 40 Causa principalis, quando est summaria, oēs eius articuli sunt summarij.
- 41 Causa summaria, ab ordinaria quomodo cognoscatur.
- 42 Causa summaria, est omnis causa ecclesiastica, ubi agitur de electione, prebenda, seu beneficio ecclesiastico. Quod quando procedat, vide ibidem.
- 43 Causa possessorij, dicitur summaria, & an in ea requirantur plenae probationes & alie solemnitates.
- 44 Appellari an & quando possit a sententia lata in possessorio.
- 45 Appellatio ab interlocutoria lata in possessorio, de iure ciuili potest fieri, sed a diffinitiuam non appellatur, & quae sit ratio.
- 46 Causa summaria, an & quando requiratur plenae & quando semiplenae probationes.

Agem

- 47 Agens interdicho retinenda, tenetur ad petitionem rei, declarare modumurbationis.
- 48 Causae quae in curia mercatorum veniunt, dicitur summaria.
- 49 Confessio extraiudicialis parte absente facta, facit plenam probationem in curia mercatorum, de aequitate canonica.
- 50 Furarum causa, est summaria in curia ecclesiastica.
- 51 In crimine furarum deuenitur ad peritorturam, standum indicij.
- 52 Alimētorum causa, dicitur summaria.
- 53 Causa omnis contra confessum, est summaria.
- 54 Causa contra religiosos, est summaria.
- 55 Causa est summaria, qua de monachatu agitur.
- 56 Matrimonialis causa est summaria.
- 57 Causa restitutionis dotis, summaria & quae magne dicitur.
- 58 Causa summaria dicitur, quando ad decimas agitur.
- 59 Causa omnis executiua, est summaria.
- 60 Causa dicitur summaria, quando praesentatur instrumentum secundum formam ritus magne curiae in regno.
- 61 Omnis causa, quae contra absentem agitur summaria dicitur.
- 62 Causa dicitur summaria, quando tertius venit ad impediendam executionem.
- 63 Testium repulsa non admittitur in causis summarijs, in quibus sufficit semiplena probatio.
- 64 Causa summaria dicitur, ubi agitur ad exhibendum.
- 65 Causa dicitur summaria, quando agitur contra tributorum debitores.
- 66 Quando agitur contra gabellarios indebitē exigentes, causa summaria dicitur.
- 67 Causa est summaria, quando mittitur in pos. ex primo decreto.
- 68 Legatarius quando petit satisfactionem ab herede, dicitur causa summaria.
- 69 Causa dicitur summaria, quando agitur, an actio ex testamento prepositura, actioni praediciali.
- 70 Testes quando examinantur ad perpetuandam rei memoriam, causa est summaria.
- 71 Causa naufragorum, summaria dicitur, expeditur leuato velo, & in ea potest iudex ex officio procedere.
- 72 Causae breues seu modicae summae sunt summariae.
- 73 Causae quae dicantur breues, modicae, & quae magne.
- 74 Statut soli informatiui & relationi iudicij in causa modica.
- 75 Testis unus facit fidem in causis modicis & summarijs.
- 76 Fama probat in causis modicis.
- 77 Causae pauperum & miserabilium sunt summariae, & expeditur de plano, & sine solutione sortularum.
- 78 Miserales personae trahunt aduersarios suos coram imperatore, & laicos coram iudice ecclesiastico.
- 79 Pupilli & viduae, dicuntur miserales personae, quando sunt pauperes, alia secus.
- 80 Pauperes litigantes in iudicio, non tenentur soluere sortulas.
- 81 Vieueng. agitur de salario seu mercede laboris, dicitur causa summaria.
- 82 Causa est summaria, quando agitur de probando impedimento ad ob-

m s. nendum

neudam secundam dilationem.

83 Causa dicitur summaria, quando agitur de leuius delictis.

84 Vbi agitur de crimine lese maiestatis, causa summarie expeditur.

85 Causa summaria dicitur, quando agitur de dando iure vel curatore pupillo per iudicem.

86 Individuum dari potest mulieri, etiam a iudice deambulante.

87 Processus inordinatus factus ab eo, qui incipit procedere ordinario prius, an valeat. *Ar. nu. 88. & 89.*

88 Testamētū qd in scriptis nō valet, minus valet vt nūcupatū. *nu. 96.*

89 Arbitrator, qui vt arbitrator procedere poterat, si capit procedere vt arbitrator, & postea inordinarie processit, an processus valeat.

90 Testamentum in scriptis, quando non valet iure communi, valet iure militari.

91 Nemo videtur rē elegisse, per quā actus & voluntas sua impugnetur.

92 Bellum ineptus non vitiat processū in causis, in quibus nō requirebatur.

93 Informatio capta per testes inhabiles, in casibus, in quibus testes non requirebantur, valet.

94 Actus, qui sine aliqua solennitate expediti poterat, non vitatur si illa solennitas inutilis interuenit.

95 Intellectus ad glo. in l. proinde. §. nātandū in fin. ff. ad leg. Aquil.

96 Intellectus ad l. cōtractus. C. de si. instr. 2.

97 Causa ordinaria an possit si. r. i. summaria consensu parium.

Nona distinctio principalis iudiciorū est: * quia iudiciū aliud dicitur ordinariū, & aliud summarium. Iudiciū ordina-

rium dicitur illud, quod ordinarie tractatur, iuxta ordine seruato, scilicet procedere libello. interueniente litis contestatione, publicatione, & conclusionē, & cū aliis solennitatibus iuris positiui in iudicio regitis, de quibus habetur in l. j. & authē. offeratur. C. de litis contest. & in l. prolatam & ibi Bartol. & docto. C. de sentent. in cap. quoniam cōtra de proba. sine vibus solennitatibus iudicium esset nullum, vt ibi habetur. Iudiciū summarium est illud, quod summarie tractatur sine solennitatibus predictis. de quo habetur in cle. sape. & ibi Card. & doc. de verb. signi. & per Bartol. in extrauag. ad reprimendam. in versic. summarie & in ver. & figura. & Bal. in l. iudices. C. de iudi. ¶ Super hac tamen materia iudiciū summarij, quia est valde vtilis, maxime in regno in quo per iura municipalia omnes causę ciuiles sunt summarie, puto opportunū esse attingere hic duas quęstiones. Et prima quęstio erit, Quot modis causa potest dici summaria, seu iudiciū summarium. Secunda quęstio erit, Quę specialitates sunt introductę in iudicio summario. in quibus differt ab ordinario. ¶ Venio ad primā quęstionē: in qua dico, q. causę summarie pluribus modis dicuntur. Et primū dico, quod causa summaria est, quādo princeps cōmittit, quod procedatur summarie & de plano,

no, simpliciter, sine strepitu, & figura iudicij, seu leuato velo, vel extrajudicialiter. Et super hoc

3 est sciendum, * quod talis commissio non potest fieri nisi per solum principem non recognoscentem superiorem, nō autem per inferiorem à principe. vt not. gl. in d. cle. sape. in prin. in ver. mandamus. & ibi etiam Car. in xj. & xij. q. & glo. in c. fin. de heret. lib. vj. & Card. in cle. dispensationem. in fi. de iudic. & loan. de ana. in c. olim. col. iij. in princ. de accu. & ibi etiam Felsa in iij. col. qui dicit, quod in legato de latere reperitur speciale, quod de stylo potest causam ita committere, licet non de iure. adde Alex. in consi. cvj. col. v. in princ. in secundo vol. & Sozin. in consi.

4 xcvi. col. ij. in primo volu. ¶ Sed iuxta hoc cadit pulchrum dubium. Pone, quod impetrās porrigit supplicationē principi: in qua narrat factum causę, & in fine supplicationis petit causam cōmitti summarie, simpliciter, & de plano, & c. princeps verō in suo rescripto nihil specificat, nisi quia tantum dicit hac breuia verba: Audiatur talis, & iustitiam faciat. an per hac videatur causam commississe summarie. Vnde

5 quod non. * quia nunquam princeps cōmittit causam summarie committere, nisi expresse hoc dicat. ita de hoc est decisio inter terminis Rotę. in decisio. ccclvij. quę incipit, Si in cōmissio-

fert & sequitur Alexan. in consi. xcij. col. j. vers. ad hoc in secundo vol. Nam illa verba, quod iustitia faciat, intelligitur, quod commissarius feruet iuris ordinem, & veritate comperta faciat id, quod iuris est. ita dicit Ang. in §. exheredatos. in authē. de her. & falc. & Bal. in c. cum venisset. col. ij. de testi. & Bald. & Ias. in l. iustitia. col. j. ff. de iusti. & iur. Si enim princeps voluisset procedere summarie, hoc expresse fecisset, si princeps in rescripto & eius signatura diceret, Audiatur talis, & procedatur summarie & c. non specificando alias qualitates seu clausulas: quia tunc non omnia impetrata censetur concessa: ita est decisio in terminis Dominorum de Rota. in deci. lxxvj. incipiente. Si petitur, & c. in nouis. & sequitur Alex. in consi. lxxxiij. col. iij. in j. vol. * Idem putarem, quando princeps nihil aliud specificando diceret in signatura, Fiat vt petitur. Quia per hac verba censetur, velle committere summarie & c. ex quo rescriptum semper adaptatur ad supplicationem, & cōcessio simpliciter facta in rescripto, refertur ad omnia supplicata secundum Alex. in d. consi. lxxviij. col. fin. in primo vol. & Ias. in l. j. C. de iudic. rescript. in ij. col. & Pet. Philip. Corn. in consi. cxx. in ij. volu. quod confirmatur ex his quę dicit Bal. in c. inter dilectos. col. pen. de fide instr. vbi dicit, quod ex forma supplicationis

declar

declaratur intellectus privilegij
 7 concessi. *Item facit. quod not.
 Abb. in c. cum pro causa. col. fin.
 de sent. exc. vbi dicit, quod si pe-
 tatur generalis absolutio à plu-
 ribus excommunicationibus, &
 cōcedatur simpliciter, refertur
 ad omnes. Pro hoc est tex. in l. si
 defensor. §. q. interrogatus. ff. de
 interrog. act. & §. praterea. in fi.
 de inutil. stipul. Verum licet ista
 opin. in hoc vltimo dicto videa-
 tur sustentabilis: tamē veritas est
 in contrariū, quod non videatur
 cōmittere summariē per illaver-
 ba. Fiat, vt petitur. Ex quo cōmit-
 tere causam summarie, est cōtra
 ius cōmune: & illa clausula, fiat
 vt petitur, quando potest se re-
 ferre ad alia supplicata, que sunt
 secundum ius commune, non re-
 fertur ad ea, que sunt secundum
 ius cōmune. Ita in propriis ter-
 minis hūc casum deciderit Philip.
 Corn. in consil. v. col. iij. in litera
 P. & cōsil. cxix. col. v. in princ. in
 ij. vo. & in consil. cccxij. in tercio
 vol. vbi plenē de hoc. Et de isto
 verbo, fiat, appositio in scriptis,
 quid importet, vide Bal. f. l. cum
 10 apud. C. de comuni fer. manū.
 vbi dicit, quod importat con-
 cessionem gratiæ statim ipso fa-
 cto antē, quam gratia bulletur.
 8 ¶ * Quid autē importet illa ver-
 ba, summarie, simpliciter, & de
 plano, sine strepitu, & figura iudi-
 cij: Dic quod per ea censentur
 sublata omnes solennitates iuri-
 spositiui, secundum Alexand.
 in consil. vj. col. ij. in princ. in ter-

tio vol. adeo quod solum deci-
 di potest causa secundum merū
 ius gentium, secundum Bart. in
 extrauag. ad reprimendam. in
 ver. videbitur. vnde possunt tūc
 iudices causas expedire manu re-
 gia: prout olim tempore iuris
 gentiū. ita tenet Ludo. Roma. in
 cōsil. xx. & Pet. Phil. Corn. in con-
 sil. cccxliij. in iij. volu. & Socin. in
 consil. xij. col. ij. in primo volu. &
 las. in l. certi conditio. §. si num-
 mos. col. vij. ff. si cer. peta. Potest
 enim iudex proter talia verba
 expedire causas eo ordine, quo
 potest princeps: sed princeps po-
 test sequi solam veritatem ob-
 misso ordine iuris ciuiliis, secun-
 dum Bald. in c. j. §. inuestitura. col-
 lum. si. de noua for. fid. & Bar. in
 l. Acilius. col. fin. ff. de minor.
 ergo eodē modo iudex propter
 dictam clausulam, ex permisso
 principis. pro hoc facit tex. in c.
 ad petitionē. de accu. * Non ta-
 men potest tūc obmitti citatio:
 quia illa est iuris naturalis, secu-
 dum Soc. in dicto consil. xij. col.
 ij. in primovolum. & habetur in
 cle. pastoralis. de re iudic. * Nec
 potest iudex obmittere proba-
 tiones necessarias. quia illę sunt
 de iure diuino, quo cauetur, vt
 in ore duorū sit triū ster. omne
 verbum. vt habetur Matth. cap.
 xvij. & in cap. nouit de iudic. &
 hoc est expressē reseruatū in
 regia prag. prima. que incipit,
 dispēdia. ¶ Possem hic cōgruen-
 ter querere sigillatim de singu-
 lis verbis prædictis, quid impor-
 tent,

tent, scilicet, de verbo summa-
 rię, de verbo simpliciter & sine
 strepitu, & sic de singulis, absolu-
 tē & separatim, tamen quia ista
 verba sunt plenē declarata per
 glo. & Card. & alios scribentes
 in d. cle. sape. de verb. sig. & Car-
 din. in cle. dispendiosam. de iudic.
 & Bart. in d. extrauag. ad re-
 primendam. & Bal. in l. nec quic-
 quam. §. de plano. ff. de off. pro-
 con. & Fely. in c. dilecti. de iudic.
 adeo ad dicta per eos me remit-
 11 to. ¶ * Solum hic nitar declara-
 re duo verba ex prædictis, qui-
 bus vtitur in regno in causis ci-
 uilibus: scilicet illa verba, sine fi-
 gura iudicij, quibus vtitur dicta
 regia prag. prima. & illa ver-
 ba, sola facti veritate inspesta,
 quibus vtitur capitulum regni,
 detestates. per quæ duo iura mu-
 nicipalia omnes causę ciuiles
 sunt summarie.

PRIMO igitur quaro, quid
 important illa verba, sine figura
 iudicij: Dic quod censetur rela-
 12 xata omnis forma & figura iudi-
 cij: & sic omnis ordo iudiciarij.
 est enim figura ipsa, facies iudi-
 cij: prout est, quando ordinariē
 proceditur. ita declarat Bald. in
 l. nec quicquam. §. de plano. col.
 ij. vers. quid si cōmittitur sine
 figura, & c. ff. de offic. procon. &
 Archid. & doc. in c. demeritabi-
 bus. de elec. lib. vj. & gl. in d. cle.
 sape. in ver. non exigat. & glof.
 in c. si de heretico lib. vj. in ver. si-
 gura. Vnde istud solum verbum,
 sine figura iudicij, est tantę im-

portantię, vt faciat causam sum-
 mariam, in qua procedi potest
 obmissis omnibus substantiali-
 bus iudiciorū, & obmisso omni
 ordine iudicij: adeo quod sola
 solennitas iuris gentium seruari
 debet, & sic causa expeditur
 manu regia: vt suprā dixi, secun-
 dū Lanfr. in d. cle. sape. in ver. &
 figura. & in ver. libellus. & Old.
 in consil. cxv. & Pet. Philip. Cor.
 in consil. liij. co. ij. ver. illa enim
 verba, & c. in ij. volu. Barto. in d.
 extrauag. ad reprimendam. in ver-
 sic. & figura. & Card. in d. cle. dis-
 pendiosam. col. fin. in xliij. q. de
 iud. vbi distinguit inter acta re-
 spiciētia solēnitatem iudicij, vt
 illa censentur sublata per hanc
 clausulam: & acta respiciētia fa-
 ctum causę, prout sunt proba-
 tiones per testes vel scripturas,
 vel confessiones: & alia defen-
 siones: & ista non censentur subla-
 ta, & hec est veritas. & ita dispo-
 nit dicta regia pragmat. prima
 13 que incipit, Dispēdia. ¶ * Im-
 portat ergo primō dicta clausula, si-
 ne figura iudicij, vt in causa non
 requiratur libellus: & sic est su-
 blata solennitas libellorum, se-
 cundum Bar. in d. ver. & figura.
 vers. item an requiratur petitio,
 & c. & est tex. in d. cle. sape. post
 princ. & in §. verum. & per hoc
 apparet, quod hodie in regno
 per dictam prag. est correctā au-
 then. offeratur. C. de litis cōtest.
 & cap. j. de libel. oblat. & l. j. de
 eden. in eo, quod ista iura requi-
 runt libelli oblationem: verum
 licet

licer nō requiratur libellus formalis si scriptis requiritur tamē talis, qualis petitio per modum simplicis polt. quā cōtineat solam facti narrationē clarā, sine alia cōclutione: ex qua reus possit deliberare, an valit cedere vel contendere, secundum Bar. in d. verū. & figura. & Lāfran. in d. cle. sepe. in ver. libellus & Paris in tract. synd. in ver. sententia. col. iij. & Bar. in l. ij. C. de sentent. ex bre. reci. & Alex. in cōf. l. col. iij. in ij. vol. & Per. Phil. Cor. in cōf. l. xij. col. ij. in ij. vol. Potest etiā fieri ista petitio solo verbo, & postea in actis redigi per notariū: vt habetur in locis præallegatis, & dicit Lāfrā. vbi supra, quod talis petitio est de iure naturali: ideo nō potest 13 omitti. q. Item dicta talisqualis petitio, potest esse etiam generalis & incerta, & admittitur, secū dum Barto. in d. ver. & figura. & per hoc est correctum in regno illud quod dicit Barto. in l. h. C. de anna. except. scilicet quod libellus generalis non procedit, donec declaratur. Quod tamen limita procedere, nisi parte opponente: quia si pars opponit, non admittitur libellus generalis etiam in summariis, secū dū Alexand. in cōf. l. xxiij. colum. iij. in iij. vol. & ibi assignat differentiam inter causas summarias & non summarias, quantū ad hoc illud tamen dictum Alexand. intelligo, quod esset tanta obscuritas, quod impediret reo

deliberationē, aliās secus: quia procederet etiā parte opponente: nam si aliter diceremus nulla esset differentia inter causas, summarias, & non summarias: cum etiā in causis nō summariis procedat libellus obscurus, si pars non opponit: vbi dicit Barto. in l. edita. col. ij. C. de edē. & est tex. cum glo. magna. in fin. d. l. h. C. de anna. except. & si rectē ponderentur verba Alex. istud propriē sentit in d. cōf. l. xxxij. ¶ Item dicta talisqualis petitio etiā inepide composita procedit & admittitur dūmodo ex ea possit discerni, quid actor velit, & reus possit deliberare. ita dicit Paris in tracta. synd. in d. verū. sententia. colum. iij. & vj. & Bar. in d. ver. & figura. & per hoc est correctū in regno illud, quod nō gl. in l. i. de oblig. in prin. in glo. in verbo. secū dū in fi. quæ dicit, quod sententia lata super libello inepito, non valet. & Bal. in l. a. r. circa fi. C. de rebus credit. & Bal. in l. lex hoc iure. col. penult. versij. queritur, & c. ff. de iust. & iur. & Cyn. in l. vnica. C. vt quæ defunct. aduoc. & Alex. in cōf. l. cxxvj. col. ij. in ij. vol. Nam hodie ex quo causæ ciuiles in regno sunt summariæ, admittitur libellus ipeus, vt supra, & valet sententia super eod. ita declarat Alexand. in l. vinum. colum. fi. in fi. ff. si certum petat. & ibi est gl. idē tenet Bal. in l. sine. ver. op. pond. libellus, & c. C. ad Trebel. 15 per glo. in d. l. vinum. q. Plus dicit

dicit Lanfran. in d. cle. sepe. in ver. libellus. post princip. quod de ista taliquali petitione non datur copia reo sumptibus actoris: sed ipse reus debet illam capere suis sumptibus. & hoc differt a libello ordinario, cuius copia datur sumptibus actoris: vt est gl. in cle. quāvis. in ver. oblatos. de app. Tamē de illo dicto Lanfran. nō facio causam: quia hodie hoc est expeditū in hoc regno. in cōtrariū scilicet, quod etiā talis petitio debet edi sumptibus actoris, per regiam prag. quæ incipit, Compente, & ita practicitur. Posset autem illud dictum Lanfran. procedere in curia ecclesiastica, vbi non seruatur regie pragmatice: si forte in ea ageretur aliqua causa 16 summaria. ¶ Item procedit libellus, etiam si in eo petatur primō cogi & compelli aliqū ad soluendum, & non dicatur condemnari, secū dū Lanfran. in d. cle. sepe. in vers. libellus. in quarta conclusione. & Bartol. in d. ver. & figura. & per hoc appareret esse correctū illud, quod dicit Barto. in l. j. C. de exec. rei iud. vbi dicit non valere talem libellum, in quo non petitur condemnari, sed cogi & compelli. 17 ¶ Item procedit libellus, in quo intentatur iudiciū ex vna causa, & postea probatur ex alia: nam sequitur cōdēnatio super causa probata: maxime, quidō proceditur sola facti veritate inbestand: sicut per cap. detestantes. ita tenet Alexand. in l. si ita supulatus, §. Chrysogonus. col. v. in fi. ff. de verborum obligat. & lasso. in l. certi conditio. §. si nimos. colum. vij. ff. si certum petat. & p. hoc patet esse correctū in regno l. habebat. ff. de instir. quæ vult, quod agēs ex vna causa, & probas de alia, succumbit: vt is qui agit ex numeratōe, si probat de confessione, secū dū 18 Bar. in d. §. si nimos. ¶ Secū dū operatur dicta clausula sine figura iudiciū, quod potest procedere in causa sine aliquo libello & sine petitione: & potest causam incipere ab articulis, & articuli habentur loco petitionis. ita tenet Oldr. in cōf. cxxliij. in prin. & Rota in dec. cxxliij. in no. uis. ¶ Tertio operatur quod non est necesse seruari serias in ductas ob honorem hominum: secū dū Barto. in d. extranag. ad reprimendam in ver. & figura. versitem an procedi, & c. & est tex. in d. cle. mē. & c. & Pet. Philip. Cor. in cōf. l. cij. colum. fi. in primo valū prout sunt ferrix vindemiarum & messium, & hoc est expeditū in regno: per glo. in constit. bairulos, quæ expressē dicit in regno nō seruari serias vindemiarum & messium, & per hoc apparet in regno esse correctam l. j. ff. de feriis. ¶ Quarto per illam clausulā censetur sublata litis cōtestatio: quia nō requiritur de necessitate, vt est tex. in d. cle. sepe. & Bar. in d. verū. & figura. & per hoc

hoc pater in regno esse corre-
ctā. l. j. C. de litis cōte. Quo casu
ille actus, qui immediatē sequi
solet in causis ordinariis post li-
tis cōtestationem, habet vim li-
tis cōtestationis in causis sum-
maris, & est praelusius excep-
tionū dilatoriarum, & aliorū
actuum, qui non possunt fieri post
litis cōtestat. & habet vim litis
cōtestationis, secundum Bar. &
Bal. in l. nulla. & in l. nihil. C. de
proc. & Car. in cle. cōstitutionē.
§. fi. in fi. de elect. & Ludo. Rom.
in consi. clxxiiij. & Abb. in c. in si-
nuante in fi. de offi. dele. & Fel.
in c. olim. de acc. & Paris in trac.
synd. in vers. sentent. colum. iij.

21. ¶ Quinto operatur circa dila-
tiones, quia debet iudex brevia-
re causam in quātū potest, & dare
breviores dilaciones, & eas
amputare in quātū potest: vt est
tex. in d. cle. sepe. Item, nō debet
admittere exceptiones, & appel-
lationes frustratorias: vt ibi habe-

22. tur. ¶ Sexto operatur, vt non
requiratur publicatio in causis
summaris: vnde valet processus
etiā sine publicatione: licet magis
cōmunis opi. sit, quod etiā in
causis ordinariis conclusio nō
est de substantia processus: vnde
eius obmissio nō vitiat proces-
sum, secundum Barr. & Alex. in
l. probatam. C. de sentē. pro hoc
est tex. in c. cum l. & A. & ibi Ab.
in iij. colum. in fin. de re iudic.
vbi dicit Abba. quod publicatio
non. est de substantia, sed de iusti-
tia: vnde si obmittitur, esset con-

tra ius litigatoris, & non red-
ditur processus nullus propter
hoc sed imputatur litiganti, qui
nō petit publicationem. & si pe-
tit, & iudex non vult illā facere,
debet appellare: alius valet sen-
tentia sine publicatione proces-
sus, idem tenet Felyn. in d. cap.
cum l. & A. in prima. & secunda
col. & Phil. Cor. in cōsi. cij. col.
fi. in litera & in j. vol. & Bal. in
c. j. col. iij. si de inuest. inter do. &
vassal. si ori. licet Bart. in d. vers.
& figura. in iij. colum. videatur
velle, quod publicatio etiam in
summaris sit necessaria: quia re-
spicit defensionem: tamen eius
dictum ita simpliciter intelle-
ctum, nō est verum: sed est con-
tra communem opinionem. vnde
vt saluetur, debet intelligi, qd
est necessaria, si peratur: ita vt si
non concedatur, possit appella-
ri: non autem vt reddat proces-
sum nullum. ita propriē intelli-
git Fel. & saluat illud dictū Bar.
in d. c. cum l. & A. col. ij. ¶ Septi-
mo operatur, vt non requiratur
conclusio propter causam sum-
maria: licet Abb. in d. c. cum l. &
A. in iij. col. teneat, quod etiā in
causis ordinariis conclusio non
est de substantia processus: & idē
Ab. in c. cum dilectus. in iij. nor.
de fide instrum. vbi dicit, quod
est de iustitia: vnde eius obmis-
sio non vitiat. Verū dicit spe-
ciale esse in summaris, vt nō re-
quiratur in eis conclusio, pro hoc
est tex. in d. cle. sepe. §. senten-
tiam. dicit tamen Card. in d. cle.
sepe.

sepe. §. & quia. in fin. xix. q. in
causis ordinariis conclusio est de
cōsuetudine, unde ratione consue-
tutinis tenetur iudex illam
facere. sed in summaris est in
electione iudicis, an velit illam
facere, uel non. ¶ Et quod non
requiratur conclusio in summa-
ris, habetur in d. c. clxxij. con-
sil. Neapo. & tunc ille primus ac-
tus, qui solet fieri post conclu-
sionem, habet vim cōclusionis.
ita tenet Phil. Cor. cōsi. cxxxv.
colum. iij. in litera F. in iij. uolu.

25. ¶ Octauo operatur, vt si quis
litigauit per procuratorem, po-
test iudex in sententia condem-
nare dominum, & non procura-
torem: & valet sententia, secun-
dum Bart. in d. uer. & figura. in fi.
& per hoc est correctā in regno
dispositio l. j. C. de sen. quæ uult
non ualere sententiam, in qua
dominus condemnatur, & non
procurator. ¶ Nonō operatur,
vt iudex nō habeat necesse pro-
nuntiare super emergenti seu
incidenti, sed potest incidēs de-
cidere simul cum principali, &
non est necesse, quod separatim
super eo pronūtiat. ita dicit Bal.
in l. ait prator. §. permittitur.

27. uer. item nor. ff. de min. ¶ De-
cimō operatur, ut si lata fuerit
sententia pro absente non cito,
ualer sententia, & potest per
absentē ratificari, secundū Bart. in
d. uer. & figura. in fin. quem in
hoc sequitur Alexā. in l. furioso.
col. ij. ff. de re iud. & Pe. de Anch.
in d. cle. sepe. & per hoc est cor.

rectū in regno illud, quod tenet
glo. in l. ea. quæ. C. quomodo &
quando iud. & glo. in d. l. furio-
so. & ibi Alex. & do. ubi dicit,
quod nō ualet sententia lata in
fauorē absentis nō citati. ¶ Unde-
decimō operatur, ut iudex etiā
ad instantiam partis possit inter-
rogare principale, & testes post
conclusum in causa. glo. est sin-
gularis in d. cle. sepe. in uer. in-
terrogabit. Pro ueritate tamen
istius dicti, quia est ualde notan-
dum & quotidianum, uideamus
quid obseruatur in ordinariis, &
postea quid in summaris. Et pri-
mō in ordinariis reperio Spec.
in tit. de positio. §. iij. uer. si. qui-
dam tamen dixerunt, & uer. si. dēd
si ante. & ibi Io. Andr. in addit. in
uer. interrogare. ubi tenet, quod
iudex ex officio, non ad instan-
tiam partis, potest partes inter-
rogare super declaratione anti-
quorum capitulorū, & sic super
iam actatis: nō autē super nouo
capitulo. & hoc etiam post
cōclusionē in causa, ubi cūq; sibi
quid uidebitur. per l. ubi cūq;
que. ff. de interrog. act. idem te-
net Lud. Rom. in consi. xx. in fin.
sed simpliciter loquitur non li-
mitando se ad declarationem re-
tro actuatorum. sed Innoc. in c.
cum Ioannes. de fide instr. dicit
idem, quod Specu. scilicet, quod
tantum ad declarationem retro
actuatorum potest iudex ex of-
ficio interrogare: quem in hoc
sequitur Ludo. Roma. in l. iij. §.
hoc autem iudicium. ff. de dam.

infect. & Bal. in l. per hanc. col. ij. iur. dicit Spec. & c. de tempo. app. & hanc opin. tenet Felin. in d. c. cum Ioanes. col. v. ubi dicit, quod ista opin. est in practica sustentabilior propter auctoritatem Inno. & Felin. in j. col. ij. de iudi. Tamen alia opi. sequens dicit, quod est æquior, scilicet qd in distincte possit interrogare etiam super nouo capitulo ad fundandam intentionem partis ad priuatam utilitatem. & hanc secundam opi. tenet Alex. in d. §. hoc autem iudicium. col. iij. sequendo Ant. de Bur. in c. cum causam. de iure. calum. hanc etiã opin. tenet simpliciter Abb. in d. c. cum Ioannes. col. iij. iur. l. not. & tene menti, & c. Bald. in l. si accusatoribus. col. fin. iur. l. item propter aliud, & c. C. de accusa. & ista secunda opin. uidetur magis communi, scilicet ut etiam ad fundandam intentionem auctoris possit iudex ex officio partes interrogare post conclusionem in causa indistincte, non autem ad petitionem partis. quam opin. tenet Alex. in d. §. hoc autem iudicium. col. iij. & Ioan. de Ana. in c. ad petitionem. col. ij. ff. de accus. & hoc ubicunque sibi æquum uisum fuerit, per d. l. ubicunque. ff. de interrogato. actio.

29 * Quod corroboratur ex eo, quod in simili dicimus de iuramento suppletorio, quod non potest deferri ad petitionem partis post conclusionem in causa, nisi fuerit petitum ante conclusio-

nem, & tamen iudex ex officio potest illud differre, etiam post conclusionem, nemine illud petente, ubicunque sibi æquum uisum fuerit: secundum Alexan. in consil. iij. col. fin. in j. uo. & Bald. in d. l. si accusatoribus. col. fina. iur. l. item possit, & c. C. de accus. de qua materia uide plene Ias. in l. admonedi. in repet. column. c. liij. & seq. ff. de iure iur. * Prædicta autem procedunt in causis ordinariis, necum in summaris hoc est plus: quia potest iudex post conclusionem interrogare partes, & testes non solum ex officio, uerum etiam ad partis instantiam, per illam glo. in cle. saxe. in iur. interrogabit, ita tenet Car. in d. clemen. sepe. §. & quia. in iij. oppo. & Felin. in d. c. cum Ioannes. col. v. de fide instr. & ibi etiam Abb. in iij. col. uer. not. & tene menti, & c. & Felin. in c. cum dilectus. col. ij. iur. l. septi mo limitat, & c. eo. i. & Lud. Ro. ma. in consil. clxxvj. col. v. & Felin. in c. inquisitionis. §. ad petitionem. col. v. de accus. Unde quia in regno cause ciuiles sunt summarie, cessat illa difficultas, utri iudex possit interrogare ad instantiam partis: quia est expediat, qd sic, per prædicta. * Adde tamen, quod in omnibus casibus, in quibus supra dixi iudicem posse ex officio interrogare, debet hoc intelligi, si uult: nã non potest compelli ad hoc: nec facit litē suam, si nō interrogat, quia possit dicere quod non subest

subest æquitas. Ita tenet Barbat. in addit. ad Abba. in d. c. cum Ioannes. in addit. quæ incipit. De hoc uide. & c. circa fin. per l. non quicquid. ff. de iudic. & per hanc habemus expeditam materiam

32 primæ clausulæ. * Secundò quæro, quid importat illa clausula, sola facti ueritate inspecta. de qua loquitur capitulum regni, detestantes. Dicit Anto. de Bur. in c. ij. de iura. calum. qd ista clausula pl' importat, quàm omnes illæ clausulæ, summarie, simplices, & de plano, sine strepitu & figura iudicii, & c. Adeo, qd censentur sublata omnes solennitates iuris positui, idem tenet Felin. in c. olim. col. pen. de accus. tantum, qd dicit pulchrè Fran. de Aret. in c. dilecti. col. ij. de iudic. quod per istā clausulam iudex potest procedere, ut Deus, qui soli ueritati innuitur. & illud dictū Anto. de Bur. sequitur Alex. in consil. vi. col. ij. in prin. in iij. uol. unde sequitur ex hoc, qd dicta clausula importat omnia illa, quæ importat clausula, sine figura iudicii. & sic omnes illi undecim effectus, quos supra retuli, includuntur sub ista clausula. idem declarat Ias. in l. iustitia. col. ij. ff. de instr. & iur. * Duodecimò operatur aliud: quia per dictam clausulam potest ferri

33 sententia non conformis libello: & sic super alie, quàm super petitis, sec. Ias. in l. uinū. col. xvj. ff. si cer. pera. licet per alias clausulas hoc non esset p'missum,

ut probatur in d. cle. saxe. §. uerum. de uerb. sig. ibi, iuxta petitionis formā & c. & per hoc patet correctam esse in regno l'ut fundus. ff. communi diuid. & l. si. C. de fidei. lib. idem tenet Laff. in d. cle. saxe. col. antep. quā correctionem intellige solum, quoad regulam, quæ sumitur ex illis legibus, scilicet qd sententia debet esse cōformis libello. * De cimetertio operatur, ut iudex possit adhibere fidem testibus assignantibus causam uerisimilem, licet de iure nō concludentem, secundū Fran. de Aret. in l. eum qui. §. filius in ij. nota. ff. de acqui. har. Item potest admittere testes infames, & alijs de iure ciuili reprobatores, sec. Abb. in c. dilecti. col. ij. in fi. & ibi etiam Fel. de iud. & Bar. in l. filius familiar. col. ij. ff. de don. ubi, idem dicit de testibus nō iuratis. * Decimoquarto operatur, quod iudex potest ferre sententiam diffinitiuam stando, & sic absq. eo quod sedeat pro tribunali, quia hoc etiam operantur aliæ clausulæ, de quibus supra, ut est tex. in d. cle. saxe. §. sententiam, ergo à fortiori ista clausula, quæ est maioris importat: & per hoc patet in regno esse correctū §. se debunt. in aurt. de iud. & c. fin. in d. reg. iur. lib. vi. * Decimoquinto operatur, qd potest procedi ad diffinitiuam sententiam contra contumacem, etiam lite non contestata, secundū Felin. in c. olim. col. pen. de accus. & per

hoc est correctus in regno. §. i. uerò etiam quidam iurent. in athen. de exhiben. reis. ibi. iudice aliquid facere non valente. &c. In eo, q. uult iudicem non posse procedere ad diffinitionem sententiam lite non contestata. & habetur in l. properandum. §. & si quidem. & §. seq. C. de iud. & in toto tit. extr. ut lite non contestet. & per Soc. in cōs. xlvij. colum. j. in iij. uolu. ¶ An autem possit ferri sententia scriptura in causis summarijs? Dic quodd non, quia ita requiritur scriptura in summarijs, sicut in ordinarijs, secundum Abb. in c. Albericus. in prima opposi. & ibi etiā Fel. in princ. de testi. & in specie dicit Franc. de Arct. in d. c. Alberi. col. ij. uers. ex quibus pater, &c. quodd ubi proceditur sine figura iudicij, debet ferri sententia in scriptis, per ea, quæ habentur in cle. dispendiosam. de iudic. Et prædicta ad ea, quæ dicam infra in ultima parte. in uers. sententia. ¶ Item in causis quauis summarijs semper requiritur legitimatio personarum, sicut in ordinarijs, secundum Lams. in d. cle. sæpe. in uers. & figura. col. j. circa fin. & Ia. in rubr. C. qui admittit. col. j. & Alex. in l. iudices. C. de iud. ¶ Vñ tamē est sciendū p. complemento huius clausule, sola facti ueritate inspecta. Quia intelligi debet de ueritate, cuius patrocinatur non possit iudex prius facere actionem ex pacto

nudo, licet ueritas sit, q. factum fuerit pactū nudū. ita tenet Bald. in l. nemo. C. de sen. ¶ Itē ubi cumq. causa principalis est summaria, omnes articuli illius causæ debent summarie expediri. ita dicit Bart. in extrauag. ad re. primen. in uer. summarie. col. iij. & Ia. in rub. C. qui admittit. col. ij. in fin. ¶ Cognoscitur autē causa summaria ab ordinaria, quando tractatur sine ordine iudicario, ut quia non interuenit libellus, nec litis contestatio: uel quia incipit à principio de soluendo, sicut causæ executionis. ita declarat Pau. de Castr. in cōs. xlvij. col. ij. in ij. uol. Et sic hucusque habemus plenē discussum primum modū dicēdi causam summaria. ¶ S E C V N D O principaliter dicitur causa summaria, quælibet causa ecclesiastica, ubi agitur de electione, præbenda, canonice, uel alio beneficio ecclesiastico. nā in huiusmodi causis proceditur summarie, & sine figura iudicij. text. est in cle. dispendiosam. de iud. & ibi Car. in xxxvi. q. Quod tamen intellige, quando agitur de titulo beneficii, ut quia sunt duo, qui litigant adinuicem de collatione sibi facta: scilicet si ageretur de proprietate uel ecclesiæ, ut quia episcopus uult unire aliquā ecclesiā suæ diocesis, asserens illā esse de sua diocesi, uel dicat se habere tale ius in tali ecclesiā: ista enim non dicitur causa de beneficio ecclesiastico, sed de proprietate ecclesiæ

ecclesiæ uel iuris, tunc talis causa debet ordinariē tractari, scđū Card. in d. cle. dispendiosam. in vij. q. & Bal. in l. cum seruū. uers. item si ageretur, C. de ser. fugi. & de ista differentia inter tituli & proprietate ecclesiæ, uide glo. in c. eū qui. in uers. utrosq. de eo qui mittit in pos. lib. vj. & glo. in c. contingit. in gl. magna. uers. sed nunquid. de do. & contu. & ibi Abb. in ij. colū. in fin. & glo. & doc. in c. cura. de iur. par. ¶ Tercio dicitur causa summaria, quælibet causa possessionis. l. moimen. tanx. & ibi Bar. C. unde u. nam causa possessionis, dicitur minima: & sufficiunt in ea semplem probatioes, ex quo præiudicium potest reparari in petitorio. ita tenet Phil. Dec. in cōs. xxvij. col. ij. & cōs. lvj. colū. j. & q. fit causa summaria, tenet Bar. in extrauag. ad re. in uer. summarie. col. ij. & Alex. in cōs. lxxvj. col. j. in uol. dicit tamē Bart. in d. uer. summarie, q. imō in possessionis requiruntur plenæ probationes. quod quomodo intelligatur, uide Bart. in l. j. col. fi. C. quorum bon. In eo tamen, quod supra dicitur, q. causa possessionis, est minima & leuis præiudicij, reperio multas decisiones contrarias, scilicet quodd imō est magni præiudicij: quia magnum est commodum possessionis. ita dicit Bald. in l. consentaneum. in vj. not. C. quomodo & quando iud. & glo. in §. retinendæ. in l. de interdi. & Abb. in c. con-

sultationibus. circa fin. de offic. deleg. ubi pulchrē dicit, quodd magnum est commodum possessionis: quia releuat ab onere probandi dominij, quodd est difficilis probatiois, & ibi plus dicit Abb. quodd in causa possessionis requiritur ordo iuris: & ipsū sequitur ibi Fel. in fin. col. quæ uerba uidentur contrariari prædictis: quia si requiritur ordo iuris, non uidetur q. fit causa summaria. & dicit Bart. in l. natu. rali. r. §. nihil cōmune. col. pen. ff. de acqui. pos. quodd falsum est, quodd causa possessionis sit utilis. ¶ In ista uarietate puto concordari posse istas opin. Nam quædam est causa possessionis, quæ est modici momenti, quæ potest de facili reparari in petitorio: & ista dicitur causa utilis, & modici præiudicij. & in ista sufficeret semplem probationes. potest poni exemplum in possessione Carboniana, prout declarat Bart. in l. iij. §. causæ. ff. de Carbo. edi. Similiter in interdito, quorum bonorū, quodd est modici præiudicij: unde sufficit semplem probationes, secundum Bar. in l. j. col. fi. C. quorum bon. Idē in possessione, quæ datur uentris nomine. l. j. §. i. ea. & ibi Bar. ff. de uen. in pos. mit. facit. l. iij. §. sciendū. & ibi glo. ff. ad exhi. Quædā est causa possessionis, quæ parat plenū præiudicij, quæ non est reparabilis per petitorium, ut quia deficit petitorium, uel quia est impossibilis proba-

tionis: & ista dicitur causa magna, & magis præiudicij, & in hac requiritur ordo iuris, & plena probatio, ita procedat opin. Abb. & sequacium, in d.c. consulationibus. & quod habetur in decisio, cccxxij. aud. Neapo.

44 ¶ Istam concordiam opi. confirmo optimo simili, nam licet aliàs sit in iure regula, q. a sententia lata super possessorio, nō appellatur. l. j. & ibi Bald. & doct. C. si de momen. posses. sue. app. tamen quando possessorium esset magni præiudicij, adeo quod non esset reparabile per petitorium, tunc bene potest appellari, sicut in petitorio. ita tenet Bar. in l. ij. colum. ij. uersu. quaro quæ est ratio, & c. ff. de appel. recip. & Bal. in l. ij. col. si. uersu. ultimo. C. de epis. aud. Intellegitur ergo illud in possessorio momē taneo & leuis præiudicij: quia in eo non appellatur, quod tamen procedit de iure ciuili, per dict. l. j. sed de iure canonico, secus: quia appellatur ab omni possessorio, ut est text. & ibi Cardina. in ij. colum. in prima opposi. in cle. j. de sequest. pos. & fruct. & gloss. in c. cū ad sedem. in glo. penul.

45 in si. de ressi. spolia. ¶ Dicit tamen notanter Ang. in consi. xlvj. quod licet aliàs ab interlocutoria non appelletur de iure ciuili, tamen ab interlocutoria lata in possessorio, potest appellari, licet non possit appellari a diffinitua: & est ratio: quia eius gravamen non potest reparari per ap-

pellationē a diffinitua, ex quo a diffinitua nō appellatur, secundum eum. ¶ Secundo, istā concordiam confirmo per notabile doctrinā Bar. in l. j. §. fin. col. j. ff. de præto. stipu. ubi ponit regulam generale, per quam declaratur tota hæc materia: nam quando aliqua causa est summaria, ut quia lex mādāt procedi in ea summarim, distinguitur. Aut parat plenum præiudicium: & tunc requiritur plene probationes, sed dicitur summaria quo ad aliquas solennitates iudiciorum. Si uero nō parat plenum præiudicium, & tunc non requiruntur plenæ probationes, & sic est summaria, quo ad solennitates & quo ad probationes. Idē tenent Bar. Bald. Alex. & Iaso. in l. iudices. C. de iud. & Bart. in l. ij. §. causæ. in fin. ff. de Carbon. edic. ubi dicit, quod in primo casu dicitur causa summaria ex eo, quia dantur breuiiores dilationes. Idem tenet Bart. in l. si quis a liberis. §. si quis ex his. ff. de lib. agnosce. & Abb. in c. dudum. l. ij. colum. viij. uersu. in glo. in uersu. irritantur. & de elec. & Felin. in c. ueniens. l. secundo. colum. vj. de testi. illud ergo, quod dicit Abb. in d.c. consulationibus, circa finem, de offic. deleg. quod in possessorio requiritur ordo iuris, potest intelligi quando est tale possessio, in quo sententia, parat plenum præiudicium, & ponit ius finale in causa. ita tenet Bar. in extranea, ad reprimendam.

dam. in uersu. summarie. post princip. & cum ista declaratione possunt dictæ opin. concordari.

47 ¶ Vnum tamen scias pro complemento huius materie, q. iacet causa possessorij sit summaria, in qua admittitur libellus generalis: prout dixi supra in principio huius distinctionis: tamen quando sumus in possessorio retinendo, in quo agens narrat in libello fuisse turbatum, uel se turbaturum, necur ad petitionem rei conueniti, declarare modū turbationis: aliàs nō procedit libellus, secundum Bal. in l. ordinarij. col. penul. uersu. item quaro, nunquid. & c. C. de rei. ven. & idem Bald. in sua disputatione, quæ incipit, Accusatus de ui turbatiua. in ult. charta. & Bald. in c. licet causam. col. pen. in si. uersu. c. opponitur ille, qui intentat. & c. de probatio. & Alex. in consi. lxxj. in j. col. in iij.

48 uol. ¶ Quarto dicitur summaria, quæ libet causa, quæ uentilatur in curia mercatorum: in qua proceditur de mera æquitate omisiss solennitatibus & apicibus iuris, ut not. Barto. in l. si de iussor. §. quædam, & in l. Quintus. ff. man. & Bald. in l. si pro ea. col. pe. C. manda. & Ias. in l. iurif. gentium. §. sed cum nulla. col. iij. ff. de pact. & Bald. in consi. cccc. col. pe. & consi. cccclxvj. col. ij. in quinto uolu. & Socin. in consi. lxx. col. fin. in quarto uolu. & in hoc æquiparatur curia mercatorum, curiæ ecclesiasticæ: ubi proceditur de æquitate canonica, quod

patet: quia de æquitate canonica ex pacto nudo oritur actio: ut habetur in capitulo primo, de pactis. & nota. plenē Ias. in d. §. sed cum nulla. & similiter in curia mercatorum agitur ex pacto nudo, secundum Bart. in d. l. Quintus. & Bal. in d. l. si pro ea. hinc dicit Spe. in tit. de compe. iudi. adi. §. j. uersu. xxvij. q. mercatores dicuntur de foro ecclesiæ. ¶ Et per hanc similitudinem posset inferri, q. in curia mercatorum confessio extraiudicialis facta parte absente, facit plenā probationem: contra communem regulam. & ratio est, quia de æquitate canonica facit plenā probationem, secundum Fran. de Are. in cōsi. xl. incipiente, excellētissime, & c. colum. j. & consi. lxxij. col. j. & doct. in c. si cautio. de si. de instr. Et prædicta sunt notanda in istis curiis nundinarum: quia sunt curiæ mercatorum, & in eis proceditur summarie, unde potest dici in eis habere locum id, quod supra dictum est.

50 ¶ Quinto dicitur summaria causa, usurarum scilicet, quando excipitur contra creditorem, quod contractus est usurarius: uel quando agitur de compensatione usurarum: uel si dicatur testamentum usurarij non ualere: uel non esse sepeliendū in ecclesia. & in multis alijs similibus casibus, de quibus per Cardin. in cle. dispendiosam. in xxxj. quæst. cum quinque alijs quæstio. seq. de iudic. & ibi etiam est text. loquens expressē

de usuris, uerum intelligitur istud, quando questio uentilatur coram iudice ecclesiastico, non coram seculari: quia iudex secularis debet seruare leges. Ita dicit Card. in d. clem. dispendiosam.

17 in xxxiii. q. 1. An autem in crimine usurarum possit deueniri ad torturam, stantibus iudiciis? uide Soci. in cons. cxxix. in fi. in ij. uolu. ubi tenet, q. sic. & nota il lam deci. quia forte quis responderet in contrarium. ¶ Sexto dicitur summaria, causa alimentorum: quia expeditur de plano, & etiam die feriata, ut est text. in l. ij. ff. de feriis, & not. Alexand. in addi. ad Barto. in l. si quis a libertis. §. si quis ex his. ff. de liber. agno. & Bal. in l. si quis in suo. C. de inoffi. testa. ubi dicit, q. causa alimentorum, est summaria; non sic in causa legitimæ: quia non est summaria: nō obstante, quod legitima succedat loco alimentorum. & Bal. in l. nonnunquam. in ij. l. c. ff. de iud. & Bart. in l. j. §. fin. in j. col. ff. de præt. stip. Quod tamen declara & limita procedere, quando agitur de alimentis presentibus uel futuris: secus si de prætensis: quia tunc non est summaria. Ita tenet Bal. in l. j. col. ij. uer. quero nunquid in causa &c. C. de fideicom. Item secus, si alimenta debeantur ex contractu, secundum Bal. in d. l. nonnunquam. ¶ Septimo dicitur summaria causa, quæ agitur contra confessum: quia eo ipso, quod debitor in iudicio cō-

fiteatur, non requiritur ibi alius ordo iuris. Sed tantum fit ibi præceptum, quod soluat. ita tenet Bal. in l. si debitor. in j. lectu. ff. de iudic. pro hoc est text. cum ibi no. per Bar. & doct. in l. unica. C. de confes. ¶ Octauo dicitur causa summaria, quando agitur contra religiosos: maxime per uiam inquisitionis: nam ibi non requiritur ordo iudiciarius: sed de plano agitur. text. est in c. olim. & ibi Francis. de Are. in nij. col. in vj. not. de accusat. ¶ Nonno dicitur causa summaria, quando agitur de monachatu, ut quādo monachus postulat ab aliquo prelato seu abbate alicuius monasterij, uel a seipso, secundum Card. in c. dispendiosam. col. iij. in nij. q. de iudi. ¶ Decimo dicitur summaria, causa matrimonialis: quia expeditur de plano, sine strepitu & figura iudicij. text. est in d. clemen. dispendiosam. & ibi gl. & Card. in xxxij. q. cū tribus alijs seq. & habetur per Abb. & doct. in c. Alb. de test. ¶ Undecimo dicitur causa summaria, quando agitur de restitutione dotis: puta in casu soluti matrimonij: nam ex quo est causa, quæ dependet ex matrimonio, dicitur summaria: sicut causa matrimonij, secundum Card. in d. clem. dispendiosam. in xxx. q. 1. ¶ Duodecimo dicitur causa summaria, quando agitur ad decimas: uel quomodo cunq; oriatur differentia super decimis. text. est in d. clem. dispendiosam. & ibi Car d.

Card. in xij. q. cum tribus sequet. Idem est, quando ageretur contra aduocatos uel alios potentes, qui fauerent detentatoribus decimarum: quia similiter proceditur summarie contra eos, secundum Card. ibidem in xvij. q. 59. ¶ Decimotertio dicitur summaria, causa executiua: puta si sumus in executione sententia. l. a diuo pio. §. si super rebus. & ibi per doct. ff. de re iudi. & Bart. in l. litibus. col. pen. C. de agri. & censu. lib. xj. & Lanfran. in c. sepe. col. ij. in xij. conclusionē. de uerbo. signi. quod tamen intellige & declara, secundum Bal. in l. j. §. is uidetur. in fi. col. ff. si quis ius dic. non obtempe. scilicet ut procedat quando cōtra executionē nulla opponitur exceptio: nam si opponitur, tūc datur instantia in causa executionis: & sic non habet illam naturā summariam. Idem est in executiuis instrumentorum, ut quando est factum pactum de ingrediendo propria autoritate: iuxta formam l. creditors. C. de pig. nam tunc illud iudicium summarie expeditur, secundum Bart. in d. l. creditors. col. vj. in fi. uerfic. ad 60 uerte tamen, &c. ¶ Et ex hoc infero idem esse, quando presentatur instrumentum secundū formam ritus magnæ curiæ in regno: nam talis causa dicitur summaria, ex quo est executiua: & in ea nullus obseruatur ordo iuris: sed statim deuenitur ad capturam personæ, ut dicitur ille

ritus, qui incipit. Item, si qui debitor, &c. & talis causa appellatur extraordinaria: propterea, quia fit extra ordinē iuris. ¶ Decimoquarto dicitur summaria omnis causa quæ agitur contra absentem: ita tenet Fely. in c. causam, quæ. el. j. col. iij. uer. quarto restringe. de testi. allegat. notata per glo. Bar. & doct. in l. j. C. quorū appell. non recipi. ¶ Decimoquinto dicitur causa summaria, quando tertius uenit pro suo interesse ad impediendam executionem sententiæ. Nam summarie examinatur de suo interesse antē, quam admittatur: ut est text. & ibi Abbas in iij. col. in fin. uerfic. nunc restat, & c. in c. ueniens. el. j. & ibi etiam Fely. in vj. col. de testi. & habetur per Barto. in l. a diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudi. de qua materia tertij comparatis, uide plenē per Bar. in l. j. per luforio. §. si ff. de appel. & Abb. in c. cum luper. de re iudica. & in ista summaria cognitione sufficiunt semiplenæ probationes: non autem per iuramentum, secundū Bart. in d. §. si super rebus. in prima col. ex quo est modici præiudicij, & grauamen est reparabile. Quando autem in summaria cognitione requiratur plenæ probationes, & quando semiplenæ, & quando sufficiat solum iuramentū: uide Abb. in d. c. ueniens. in loco, ubi suprā. ¶ Vnum tamen scias, q. in istis causis summarijs, in quibus sufficit semiplenæ

plena probatio, non admittitur repulsa testium, ita tenent Ioan. And. & Anto. de Butr. in dicto c. uenien. s. el secundo. de testi. & sequitur Abb. ibi in quinta colum. in princip. & Felin. in vj. col. in quinta conclusione. ¶ Decimo sexto dicitur causa summaria, quando agitur ad exhibendum: nam in tali causa summaria proceditur, & admittitur probationes leues per solum iuramentum, ut est rex. & ibi gl. in uersu. summam. in l. iij. §. sciendum. & l. thesaurus. ff. ad exhibendum. & Bart. in l. ne quicquam. §. de plano. in fi. ff. de offic. proconsul.

65 ¶ Decimo septimo dicitur causa summaria, quando agitur contra debitorum tributorum, & datorum, & aliarum functionum fiscalium & collectorum. Nam in exigendis istis collectis & tributis publicis, nullus ordo iuris seruatur: imo etiam nec citatio requiritur: sed solum fieri solet præceptum de soluendo. Solet etiam fieri præceptum generale, ut quicunque tenetur ad collectas seu ad datia publica, debeat solvere sub certa pœna. ita in terminis tenet Bald. in consil. cccxxxiiij. in princip. licet, &c. in tertio uol. ¶ Decimo octauo dicitur causa summaria, ubicunque agitur contra gabellatos, passagerios, & platearios: qui uidentur opprimunt aliquem exigendo indebitas gabellas, & extorsiones: nam contra istos proceditur in regno de plano & ce-

lertur, ut est constitutum. regni. quæ incipit, auctoritatem. & ibi And. de Yser. & Matthæ. de afflict.

¶ Decimo nono dicitur causa summaria, quando agitur de mittendo aliquem in possessionem ex primo decreto. Nam sufficit constare de debito summam, & sic semper, etiam per solum iuramentum, secundum Bartolum in lege, cum proponas. C. de bonis auctoritate iudi. possid. & ibi gl. in l. Felicinus. §. j. ff. ex quibus causis in posses. ea. in uersu. oportet. & Barto. in l. si finis. §. Iulianus. ff. de damno infecto. & in l. j. §. fina. C. ubi in rem actio, per illum textum.

¶ Vicesimo dicitur causa summaria, quando legatarius petit satisfactionem ab hærede nomine legatorum. Nam si hæres opponit, quod calumniosè petitur talis satisfactor, debet iudex de hoc cognoscere summam, & sufficere tunc solum iuramentum legatarij. text. est, iuncta gl. in uersu. summam, in l. i. §. a quo. §. primo. ff. ut in posses. lega. & idem procedit in aliis stipulationibus & satisfactionibus familiaribus. l. j. §. fin. & ibi Bart. ff. de prætor. stipul. ¶ Vicesimo primo dicitur causa summaria, quando agitur an actio ex testamento sit præpœnata actioni seu cause liberali, siue præiudiciali, text. est in l. si quis liberatè.

¶ Vicesimo secundo dicitur causa summaria, quando aliquis uult examina-

mina

inari facere testes ad perpetuam rei memoriam: nam debet constare facere iudici, quod di- & testes, sunt senes, uel alijs ueludinarij. adeo quod uerisimile est, quod de facili possent mori, & super hoc adhibetur summaria cognitio per semiplenas probationes. text. est in l. in lege Aquilia. §. si delectum. & ibi Bartol. & docto. ff. ad legem Aquilia. iuncta gl. ibi in uersu. qui testes, &c. de qua materia examinandum testium ad perpetuam rei memoriam antelitem contestatur gl. & Abb. plenè in c. quonia si frequenter. §. sunt & alij. ut lite non conte. & Alexand. in consil. cxiij. colum. fin. in iij. uolumi. & Abb. in c. significauit. de test. & Bart. in l. iij. §. prætor. colum. iij. ff. de dam. infect. In hoc tamen habemus in regno nouam provisionem per consilium, quæ incipit, Probationum. quæ uult, quod tales depositiones testium receptæ ad perpetuam rei memoriam, non faciunt fidem, nisi tantum infra annum. ¶ Vicesimo tertio dicitur summaria causa naufragorum: nam contra furripientes aliquid de naufragio, proceditur leuato uelo: & sic summarie, & de plano. text. est & ibi Barto. & docto in l. de submersis. C. de naufrag. libro. xj. & est ratio, ne addatur afflictus afflictio: quia falsi naufragum, ex quo remanent pauperes & denudati, non est æquum quod uelint pati iudiciorum anfractus &

& proximitates litigantium: sed debent citius expediri: ne alias cogantur iudiciu derelinquere, propter inopiam. ¶ Vicesimo quarto dicitur summaria causa, breuis seu modice summæ: per textum in authentici, nisi breuiiores. & ibi Bar. & Bald. C. de sent. ex breui. recti. & not. glo. in §. necessitatem, in uersu, ex non scripto. in authentici. ut iud. sine quoq. suffrag. & text. in §. fit tibi quoq. in authentici. de mandato prin. iuncta gl. ibi in uersu. breuiiores. Debent enim tales causæ uideri de plano, & ex non scripto: ut habeatur in locis præallegatis. & sine sportulis: ut est text. in §. ne autentici. in authentici. de iudi. & in d. §. fit tibi quoque. ¶ Quæ autem dicantur causæ modice seu breuiiores, text. in l. si oleum. §. si cum l. seq. ff. de dolo. dicit quod causa modica, est infra duos aureos. communiter tamen tenetur, q. relinquatur arbitrio iudicis: attenda qualitate personarum, & causæ, nā inter magnos dominos causæ ceteri aureorum, & est modica: & e contra inter personas pauperes, causa unius bouis uel unius porcelli, possit dici magna, secundum Bal. in d. authentici. nisi breuiiores. & non plenè lat. in repe. l. ad monendi. col. cxiiij. ff. de iureiur. facit gl. in l. licet. §. ne tenuis. ff. de offic. præsi. & Car. in cle. sap. in iij. q. de uerb. signifi. ¶ Itē dicitur causa breuis, quando est talis, in qua plus expenderetur in sportulis, quam sit valor causæ: sic qua

secundum Bart. in l. mediterranea. C. de ann. & trib. lib. x. & Fel. in l. c. n. n. lib. col. j. & j. de rescript. & quod istud de modicitate causæ remittatur arbitrio iudicis, tenet Bart. in l. sed & si suscepit. §. j. ff. de iudi. & in d. l. admonendi. col. antepe. & glo. in c. si. de iudi. lib. vj. & Bal. in l. ij. col. iij. C. de peda. iud. & Fel. & Canon. in c. in causis. de test. & Bart. in l. diuus. ff. de bon. dam. * Et in tantum est summaria causa modica, quæ statuitur soli informationi & relationi iudicis super ea, secundum Bart. in d. auct. nisi breuius. * Itē unus testis facit plenam probationē, ut not. Ias. in d. repe. l. admonendi. col. xcj. * ubi idem dicit de fama, quæ plenē probat in causis modicis. * ¶ Vicissim quintō dicitur summaria causa pauperum & miserabilium personarum: prout sunt uiduæ & pupilli: quia debet talis causa uideri de plano & sine scriptis, & sine solutione sportularū, ut est text. in d. §. sit tibi quoque. in authent. de mand. p.unc. ibi, uilium &c. & ibi Bart. & doct. pro hoc est text. iuncta glo. in uer. uel personæ in l. nonnulla. j. ff. de iudi. & in l. lileitas. §. ne reuocis. ff. de offic. præf. * ¶ Pro hoc facit: quia istæ personæ miserabiles possunt trahere aduersarios suos coram Imperatore, & facere causas earū decideri ab ipso Imperatore. l. j. C. quādo Impe. inter pupil. & uidu. nec possunt trahi per aduersarios extra prouinciam:

